25 q; dr̃ in prima presumptione circa principiũ. † Añ autẽ dicat in cõtinenti vel ex interuallo pactũ dic q; hoc est relinquendũ arbitrio iudicantis ar. l. j. ff. de iure delibe. ⁊ c. de causis. extra de offi. delega. ⁊ p glo. fi. in. c. nõ est de regulari. ita tenet Ange. in. d. l. si ventri. §. fi. de pr̃ui. credi. ⁊ Lodoui. de roma. in. l. j. ff. de verbo. obliga. ⁊ qñ est factum pactum de retrouendendo eadem die, ⁊ loco, ⁊ cozã eisdem testibus presumit fuisse factum in continenti ar. a cõiter accidentibus, scõz Bal. qui ita notat in. l. pe. que incipit in bis. §. mulier ad fi. ff. sol. mat. item qñ est factum pactum de retrouẽdẽdo eodẽ die quo est facta vẽditio psumat factuz incõtinenti, vel ẽt de eo conuentũ tpe venditionis
26 vel ante, † q; vna dies nõ est longũ internallum, vt probat in. l. si ex duob9 in pr̃i. ff. de duo. reis, ⁊ ita no. Bar. in. d. l. j. §. j. ff. de verb. obli. Et ita vidi alias ꝙsultum per plures doctores in materia nr̃a simulationis Facit ad hoc optime q; not. Bal. in. l. j. in fi. C. de ope. liber. vbi dicit, q; fit eodẽ die ⁊ loco, presumit eẽ factum eodem contextu, ⁊ vide quod not. Jnno. ⁊ doc. in. c. cõsideranimus extra de elec. ⁊ vide Old. ꝙsi. cclij. †
27 Et hoc maxime vez, si non esset apposita, vel descripta hora ꝛctus in instrumento, neq; instrumento pacti de retrouẽdendo, sicut cõiter nõ apponit, nec de iure regulariter tabellio apponere tenet, iuxta not. p Cy. in. l. optimã in. v. q. C. de ꝯben. ⁊ cõmitten. stipula. ⁊ p Bal. in. l. in prescriptione in. iij. col. C. de edic. di. adri. tollẽ. ⁊ in. l. tollen. ⁊ in. l. cum ponas. C. de inter. mat. ⁊ in. l. Jmperator. ff. de ꝛta. bo. ⁊ per Jo. an. in addit. specu. in titu. de instrumẽti editio. d. versicu. si post inditionẽ. ⁊ in additione que incipit, hora diei, ⁊ per glo. notabilem in. l. si ex pluribus. §. fi. cũ ibi no.
28 de solu. † Nam licet instrumentum venditionis presumat precesisse, ⁊ instrumentum pacti de reuendẽdo subsecutum, q; iste ordo nature est, vt not. Bal. in prima Constitutione Codicis. §. hoc igit ur in. ij. col. in. vij. notabili tamen presumam dictum secundum instrumentũ pacti de retrouendendo fuisse eadez hora con ectum, q; ita communiter fieri solet. ar. l. j. C. de arbi. cũ ibi not. per gl. ⁊ doc. ⁊ per glo. pen. in. l. cum dotem. C. de iure do. item presumptiue intelligeretur actum tempore vẽditionis vel ante de retrouendendo quando subesset presumptio q; ipse vẽditor verisimiliter non voluisset, nisi cum illo pacto de retrouendẽdo. vt dicã in sequenti casu principali in prima, ⁊ duodecima presumptione.

29 **Tertio casu** Principali, † quando in dicto contractu fraus, vel dolus, vel simulatio, vere, vel ficte, vel tacite, vel presumptiue interuenit, q; quando sit, statim dicetur, ⁊ est deceptio, siue lesio in venditione, locatione, ⁊ pacto de retrouendendo, ⁊ tunc sine dubio tales cõtractus sunt nõ modo illiciti, sed etiam simulati, ⁊ vsurarij, tum propter dolum, ⁊ fraudem, ⁊ simulationem, tum etiaz propter ipsam deceptionem, seu lesionem, vt probatur expresse per tex. ciui. cap. ad nostram ibi cum re vera. ⁊ ibi quandoq; a septennio, ⁊ ibi q; agitur dolus ⁊ fraus extra de emptio. ⁊ venditione ⁊ in capitu. illo vos ibi non esse pure venditas sed pignori obligatas ⁊ ibi

pro

pro vigintiduo libr.obliga.coniuncto ibi.xxvi.libr.ꝛ ibi quod vltra summam recepatm. bo. solu. deberet persolui extra de pigno. Et dicẽduꝫ est ẽt de iure diuino,ꝛ sic in foro conscientie
30 † de quo iure seu foro nullus dꝫ decipi, seu ledi, vt probatur in c.i.ꝛ dicã in.ij.presumptione. Et dr̃ fraus,vel dolus, vel simulatio vere interuenisse,qñ actũ fuisset inter partes, qó lꝫ instr̃m loqueret̃ de vẽditione,nihilominus intelligeret̃ esse pignus. Sꝫ emptor voluit qñ mutuauit pecuniã, ꝙ recipiẽs mutuo pignoraret sibi fundũ,vel domũ,ꝛ ꝙ fieret instr̃m qualiter vẽdebat sibi,ad hoc vt emptor possit lucrari fructus ꝛ ne canone ꝯ vsurarios edito posset in posterum ꝙueniri,vt hec probantur in.d.c. ad nostram ibi Cum.b.laicus ab.Ab.mutuum accipere voluisset,ne per canonem ꝯ vsurarios edictum posset in posterum cõuenire domos.i.olinas recipit ab eodem titulo emptionis,cum re vera contractus vsurarius ageretur, ꝛ ibi qr ibi igitur fraus ꝛ dolus,extra de emp.ꝛ vendi.ꝛ ista probari poterunt nõ soluꝫ per confessionem partium,sed ẽt per alia instrumenta,ꝛ per te-
31 stes.†Et quod per instrumenta ꝛ per testes probari possit simulatio contractus,sensit glo.in auctẽ.de fide instru.§.si vero aliquid col.vi.ꝛ tꝫ Lyn. in.l.viij.in.iij. oppositione.C.de contraben.ꝛ comitten.stipula.ꝛ Barto.ꝛ doct.in.l.generaliter.C.de non numera.pecu.ꝛ Jo.de Imol.in.d.c. ad nostram de emp.
32 ꝛ venditio.†Item dicitur fraus dolus vel simulatio interuenisse ficte, qñ lex,vel statutum ita fingeret, vtputa, si quis diceret si quis fecerit talem ꝯctum, fingatur vsurarius, vel simulatus, facit ad hoc gl.in.l.vnica.§.accedat in verbo presumatur.C.de rei vxoꝛ act.ꝛ qó no.per gl.ꝛ doc.in.l.nõ est verisimile.ff.ꝙ me
33 tus cã,ꝛ in.c.is qui fidẽ extra de spõ.†Itẽ dr̃ fraus vel simulatio interuenisse tacite,qñ tacite actũ est inter ꝯhentes qó lꝫ instrumentum fieret de venditione,tñ in veritate esset pignus,vel e ꝯrio lꝫ partes vellent ꝙ esset pignus nihilominus diceret in instrumento,ꝙ esset venditio,ꝙ qñ sit dixi.§.in secundo casu p
34 xime precedenti,†itez dr̃ fraus dolus vel simulatio interuenisse tacite,qñ no ꝙstat,ꝙ sit actũ expresse vere,vel ficte,vel tacite inter partes,ꝙ ꝯctus venditionis celebretur,cum in veritate esset pignus. Sed presumitur ex pluribus ꝑsumptionibus ꝛc. Sequitur prima presumptio.

35 **Et prima** presumptio est,†qñ lex presumit, ꝙ ꝯhentes nõ habuerunt animũ emendi vel vendendi,ꝙ est,qñ tpe venditionis,vel ante fuit dictũ,vel tractatũ ꝙ nõ esset vẽditio,sed pignus,Nã tũc vẽditio statim secuta presumitur simulata. Idẽ si vẽditio fiat ex internallo.sed vendens prius dixerat ꝛ ptestatus fuerat ꝙ nõ intendebat ꝙ esset venditio.ꝛ si ꝙtingeret ipsum in futurum vendere intendebat qó esset pignus.ita singulariter dicit Bar.ꝑm Jac. but.in.l.pacta novissima.C.de pactis,ꝛ ibi per Bar.ꝛ doc.ꝛ no.ba.Bar.Ant.
ꝛ doc.in.l.itẽ qr.§.idẽ iulia.ff.de pac.ꝛ Bart.ꝛ Jo. de Imo.in l.titia.§.idẽ rñdit el.j.ff.de verb.obli.ꝛ Ang.in.l.i.in.ij.col.in fi.ver.in gl.ibi ex bijs que precesserunt.ff.de iudi.ꝛ Bald.in.l.
36 multũ in.ij.col.C.si qs alteri vel sibi,ꝛ ad hoc vide gl. in.l.inter positas in verbo qualitas.C.de transa.†Sí aũt ꝓdicta protestatio nõ ꝓcessit ſ ꝯctus apparet celebratus in forma vẽditiõis,lꝫ sit inter partes tractatus de celebrãdo aliter siue in alia forma, per hoc nõ probaret̃ ꝯctus simulatus, vel fraudulẽtus,qñ vt dixi ꝯctus venditionis celebratus fuit ex internallo post dictuꝫ ꝯctum,pro boc.l.cũ in plures.§.locatoꝛ horei.ff.locati,ꝑꝫ Ange.
37 qui ita no.in.l.si qs cũ aliter.ff.de ver.obli.†Et subdit ꝙ si versus interpretanda sunt ꝑm tractatuꝫ precedentẽ,allegat ad hoc Inn.in.c.innotuit extra de arb.ꝙ est valde notãdũ.ꝛ ita tꝫ Ludo.de roma.in.d.l.si qs cũ aliter in.xiij.col.in fi. q allegat gl. ordi.in.l.i.in gl.i.ad fi.ff.de iudi.ꝛ glo.in.l.elleganter in verbo
38 puto.ff.de condi.indebi.ꝛ l.hr̃des palã.§.sed si notã.ff.de testa. †Itẽ presumitur qó ꝯhentes nõ baberunt animũ vere vẽdendi ꝛ emendi,qñ debitoꝛ petebat mutuum,ꝛ creditoꝛ dixit nolo mutuare,sed te emere volo cũ pacto de retrouẽdẽdo ad certũ tẽs, ꝑm Hostien.ꝛ Anto.de but.ꝛ in.c.nostram de emp.ꝛ vendi. ꝛ de hoc est casus scõm intellectum. Odoffre.in.l.emptione.C. plus vale.qó agitur,vt refert ꝛ tꝫ ibi Bald.in principio,qui dicit,ꝙ boc est no.dignum Et idꝫ voluit Guil.de monte laudu.
in cle.ex grandi de vsur.ꝛ eum sequitur ibi.in.q.§.ceterum do. Francis.zaba. Et idem tꝫ Ludo.ponta.in suo singulari,ꝙ inci
39 pit Quero,an pacta de retrouendendo,†vbi dicit,ꝙ vbicunq ꝯctum factum cum pacto de retrouendendo preceſſit tractatus mutui semper presumitur vsurarius,ꝛ iõ dꝫ nullus declarari,ꝛ fructus restitui, allegat dictũ singulare Odoffre.relatũ ꝑ bal.
in.d.l.emptione ꝛ dic ꝙ ita ẽt ꝙsuluit.Et idẽ tꝫ ẽt Jo. de Imo. in.d.c.ad nostrã,q subdit,ꝙ hoc iõ presumitur,qr originalis cã
40 fuit mutui periti,†Idem qñ probaretur ꝙ debitoꝛ querebat pecuniam accipere mutuo super tali possessione, ꝛ postea reperit ipsum feçisse venditionem de illa possessione quam querebat. Nam tunc presumitur coloꝛ quesitus de contractu ad ꝙtractũ, sicut ꝛ alibi de persona ad personã,vt.ff.ad velleia.l.mulier.§.si cum esset,ita dicit do. Paulus de ca.in ꝙsil.cccxxix.in princi.
41 ꝛ alleg.no.per Hosti.in.c.ad nostram,†Item non presumitur animus vendendi ꝛ emendi,quãdo fuit actũ inter partes a principio,ꝙ dictus emptoꝛ cogeretur,vel obligatus esset ad locandum ipsam rẽ venditã ipsi vẽditori cum pacto de retrouẽdẽdo, ꝛ ꝙ aliter dictus vẽditoꝛ nõ esset vẽditurus,vel qr in instr̃o venditionis dr̃ cum pacto de retrouẽdẽdo,siue qó ipse vẽditoꝛ non esset vẽditurus,hec tñ verba nunquã tu apponas instr̃o venditionis,qr declarent instr̃o esse simulatũ,vnde si rigore dicti pacti ẽt incõtinenti plus ipsam venditionẽ, vel eadẽ hora,vel die fuerit facta dicta locatio dicto vẽditori de dicta re ꝑ ipsum vẽdita cũ pacto de retrouendẽdo in eodẽ instr̃o locationis ꝙtento, vel ẽt in alio instr̃o fuisset appositum pactũ de retrouendẽdo, presumeretur ꝙ venditoꝛ nõ habuisset animum vendendi, facit ad hoc qó dixi in precedenti casu principali circa finem, hec tamẽ presumptio tolleretur si constare posset expresse de contrario, vꝫ,ꝙ venditoꝛ habuit animum vendendi,ꝛ emptoꝛ emendi ma-
42 xime per ꝙfessionẽ partis,†qr presumptio nõ cadit super certo, sed super incerto tñ,vt per gl.in.l.vnica.§.accedat in verbo ꝑsumat.C.de rei vxo.actio.ꝛ in.l.sine possidetis.C.de ꝑb.ꝛ sic in incertis nõ certis locus est ꝙiecture.l.ꝙinuus.§.cũ ita.ff.ó ꝛ. ob.l.pediculis.§.argẽtis.ff.de au.ꝛ ar.le.ꝛ in.l.ille aut ille.§.cũ in verbis.ff.de legat.iij.cum si. Et qr dicta presumptio non est iuris ꝛ de iure sed iuris tantum,vt notat do.Laurentius de rodulphis in suo trac.de vsu.quẽ scripsit super.c.consuluit extra de vsu.in.lx.q.ꝛ lꝫ esset presumptio iuris ꝛ de iure,ita ꝙ nõ posset admitti probatio in ꝯriũ p.c.is q fidẽ cuꝫ ibi no. de sponsalibus.ꝛ per no.in auc.sed iã necesse.C.de dona. ante nup.ꝛ in corpe vnde sumitur.ꝛ vt vr̃ sentire Joan. calde.de bononia in quadã sua disputatione seu qõne que incipit Usurarius,qó nõ
43 teneo,†qr ꝯ presumptionem iuris a iure introductam semper admittitur probatio in ꝙtrarium,nisi ius statuat, quod non admittatur,vt est glo.nota.l.iiij.d.c.fraternitatem in glo.fi. ꝛ est glo.l.dist.ferrum.in glo.fi.ad fi.ꝛ no.per docto.in.c.is qui fidez. Sed in hoc nõ reperitur,qó ius statuat ꝙtrariũ quo nihilominus ꝙtra dictã ꝑsumptionẽ iuris ꝛ de iure admitteret̃ ꝑsumptio in contrariuꝫ per confessionem partis,vt no.gl. in aucten. de equali. do.§.illud quoq; col. vij.ꝛ est gl.l.in.l.contractibus in prin.in verbo nullo modo.C.de nõ nume pecu.ꝛ no.Ang.ꝛ do.Pau.de ca.in.l.inter stipulationẽ.§.i.si stichũ in fi.i.col.ff. de ver.obli.ꝛ no.per doc.in.d auc.sed iam necesse.ꝛ in.d.c.is qui fidem,ꝛ ita sentit glo.in.c.ad nostram in verbo ꝑꝫ de empt.
44 ꝛ vendi.ꝛ ibi Anto.de but.qui dicit,†ꝙ si constat,ꝙ sit venditio.ꝛ sic vẽditoꝛ habuerit animum vendẽdi, tenebit talis ꝯctus ꝛ emptoꝛ lucrabitur fructus,ꝛ boc tꝫ Jo.de Imo.sequendo.d. Anto.in.d.c.ad nostram in ver.eadem gl.in fi.ꝛ istud est verissimum,ꝙ bene no.in practica,vt caute procures,ꝙ saltẽ vẽditoꝛ ꝓfiteat̃,ꝙ habuerit animum vendendi, maxime rñdendo positionibus emptoris,si boc verũ est, qr per talem ꝙfessionem vel aliam sufficientem probationem non apparebit. nec indicabitur,ꝙ dictus contractus fuerit omnino simulatus, neq; pignoratitius, neq; vsurarius,sed verus, quod singulariter nota ꝛ tene menti vt scias defendere emptorem. Et eadem ratione potest dici econtra, quando instrumentum loquitur de vera venditione,ꝛ in veritate fuit simulata. nam cautela est pro venditore, vt curet, si probare potest, quod ipse non habuerit animum vendendi, nec emptoꝛ emendi. Nam si probabitur, vel confiteantur partes, quod neuter habuerit animum vere contrahendi, videlicet emptoꝛ emendi,nec venditoꝛ vendendi, tunc indistincte potest dici quod iste contractus sit simulatus, vel vsurarius, non solum in foro conscientie, sed etiam in foro canonico ꝛ iudiciali, quia constare dicitur expresse de simulatione saltem re ipsa, facit ad hoc.l.i.ꝛ per totum.C.plus valere quod agi.vt ꝺixi plenius in quarto casu principali, vt est videndum, Sed si probatio, vel confessio fieret solummodo, quod vnus tantum contrahentium habuerit animum vere vendendi.sed emptoꝛ habuit animum rem emendi vel econtra.tũc quid iuris sit,dic vt dicam in dicto.iiij.casu principali, vbi boc prolixius examinatur.

45 **Secunda** †presumptio est, quãdo internenit lesio in venditione prima, qz res vẽdita valebat cẽ
tuz, & fuit vendita plus vel minus prope dimidiã iusti precij. ꝙ
quando sit, dic vt habet̃ per glo. & doct. in l. ij. C. de rescin. ven-
di, & in. c. cum cãm extra de emp. & vendi. & in. c. cum cãz. el. ij.
46 extra de testi. † & tz ex sola parnitate precij non presumatur do-
lus sufficiens ad rescienduz ꝯctũ, vt est casus in l. dolus. & in. l.
ad rescindendã. C. de rescinden. vendi. & sic non presumitur con
tractus simulatus, vt no. Ang. in. l. interpositas in fi. C. de tran
sac. tñ hoc coniunctũ cum alijs inducit presumptionem doli, vt
est gl. notabilis in. d. l. dolus in verbo precij, que allegat. l. cum
hij. §. modus. ff. de transac. vbi hoc optime ꝓbatur, si enĩz esset
lesio in parnitate precij non ꝙtingente dimidiã iusti precij, tunc
de iure ciuili esset licituz, nec nulla mala presumptio induceret̃
per hoc contra ipsum emptorem nec deberet suppleri ad iustuz
47 precium † qz licitum est cõtrabentibus se in precio decipere vt
l. i cãe. §. pe. ff. ꝺ mino. vbi textus sic dicit. in precio emptionis &
venditionis naturaliter licere cõtrahẽtibus se circũscribere, &
est tex. notabilis in. l. item si in precio. §. quemadmodũ. ff. locati,
vbi sic dr̃ ad literã, quẽadmodũ in emendo vẽdẽdo naturaliter
ꝙcessum est, ꝙ plus sit, minoris emere, & ꝙ minoꝛ sit, pluris vẽ-
dere, & ad inuicẽ sese circũscribere in locationibus, & conductio
nibus quoꝙ iuris est. Item esset licitũ de iure canonico vt not.
glo. fi. in verbo deceptione in. c. cũ dilecti extra de emptione et
vendi. & glo. fi. in. c. cũ cãz el. ij. extra de test. & gl. in verbo iue
nerunt, in. c. per. tuas extra de dona. & gl. i. c. i ciuitate extra de
vsu. & ibi hoc tenet do. Ant. de but. & habentur ꝑ Bal. in. d. l.
in cause. §. pe. ff. de mino. & ꝑ Alber. de rosato i. l. ij. C. de rescin.
vẽdi. Et sic in foro ciuili vel canonico nõ ꝑt dici ex nnitate pre-
cij tantum, que non contingat dimidi ãiusti precij, ꝙ sit aliqua
presumptio doli, fraudis, vel simulationis, nec et̃ põt agi cuz ef
fectu ad rescidendũ ꝯctũ, vel ad supplendũ iustũ precũ, etiaz si
emens scienter emerit rẽ ꝑ minoꝛi precio venditoꝛ nõ putet eaz
esse maioris precij, vt est gl. notabilis in. d. l. ite si in ꝑcio. §. quẽ-
admodũ in glo. fi. ff. locati, ac et̃, si ꝙrat cũ dicto pacto de re-
48 trouendendo † qz pactũ de retrouendendo. cũ sola parnitate,
vel maioritate precij maxime non ꝙtingente dimidiã iusti pre-
cij nõ facit presumere ꝯctuz esse simulatũ, vel vsurariũ, nisi alie
sint cõiecture, qz nõ reperit̃ textus, ꝙ hoc dicat. l. ꝙ ex sola nni
tate precij in vno tantũ ꝯctu interueniente cũ pacto de retronẽ
dendo presumat̃ ꝯctus simulatus, vel vsurarius, nec etiã hoc
dicit. c. ad nostrã de emp. & vendi. qz ibi fuit actũ, qꝺ post cer-
tũ tẽpus possit retromere & non ante. Ex quo inducit̃ vna alia
mala presumptio ꝯ ipsuz primũ emptorẽ, vt dicã. j. in prima pre-
sumptione, q̃ non subest, qñ est pactũ, ꝙ qñcunqz possit retroe-
mere, vel vsqz ad certũ tps, vt ꝓbatur in. l. ij. C. de pac. inter em
pto. & vẽdito. ibi preciũ qñcunqz vel intra certa tpa obtulisset.
Nec obstat glo. i. c. ꝙquestus extra de vsur, qz ibi verbũ precio
abundat, vt dicaz in. v. casu principali, vbi videas. Nisi dolus
49 dedisset cãm ꝯctui, qz dolo inductus fuisset. † Nã ꝯctus vendi-
tionis cũ sit bone fidei, vt insti. de actio. §. actionũ & no. in. c. cũ
venerabilis extra de excep. Ex quo dolus dedisset sibi cãz, ipso
iure ꝯctus nõ teneret, vt est tex. in. l. elegãter in prin. ff. de dolo.
& ar. xij. q. ij. qsquis eꝑs in fine. & extra de rerũ permu. c. cũ vni
50 uersoꝝ, & no. gl. fi. in. prin. in. c. cũ dilecti de empt. & vẽdi. † vel
nisi dolus incideret in ꝯctũ, qz vẽditurus erat, tz ꝑ dolũ empto
ris fuit inductus ad minus vẽdẽdũ. nã tunc tz ꝯctus teneret, nõ
posset rescindi, tñ posset agi ad supplemẽtũ residui iusti pre-
cij, vt est casus in. l. iulianus. §. si venditoꝛ & §. per ꝯtrariuz. ff. de
actio. empti. & no. gl. fi. in. d. §. quẽadmoduz. ff. loca. & gl. in ver
bo licere in fi. in. d. l. in cause. §. pe. ff. de mino. & gl. fin. in verbo
deceptione in. d. c. cũ dilecti de emp. & vendi. & in glo. in. l. con
51 tractus. C. ex quibus cau. maio † vel nisi taxatũ vel limitatuz es
set ꝑcĩũ a lege, vel statuto, quo casu nõ liceret de iure ciuili, vel
canonico aliqd vltra accipere, qz lex, vel statutũ seruari dz, cui
us ẽt esset lex dura, vt. l. pspexit. ff. qui & a qbus cum similibus
52 nec ẽt liceret in foro conscientie † qz vbicũqz lex vel canon proui
det sup certo disponendo scõm aliqꝫ rationez obtinet in foro iu-
diciali rationabiliter obtinet in foro conscientie, secundum bea
tum Tho. vt refert & tenet Florianus in. l. ex parte heres. §. ser
uo liberta. ff. fami. herescicun. & no. Bal. in auc. ingressi. in. ix.
col. C. de sac. sanc. eccle. Et Jo. de ana. in. c. primo circa finem
53 extra de testamen. ac ẽt † qui, faciens contra conscientiã precep-
ti vel ꝓhibitionis peccat mortaliter, vt est gl. xxvij. q. i. c. oẽs
§. ex hys in gl. j. vel nisi vẽditoꝛ vel emptoꝛ lesus esset minoꝛ vel
ecclesia, qz tũc ẽt re ipsa sine aliquo dolo ꝑncipali, vel inciden-
ti alterius cõtrabentis esset lesus, indistincte posset restitui ẽt ꝑ
leui damno, & nõ ꝓ modico vt. l. scio. ff. de in inte. rest. & ita no.
gl. in verbo licere in. d. l. in cause. §. pe. ff. de mino. vel ẽt nisi em-
ptoꝛ decipiens esset clericus, vel prelatus siue ecclesie. tz decep-
tus nõ esset minoꝛ, qz ecclesia minime dz parare laqueũ. xxvij.
q. i. de iudeis, & ita no. Ant. de bu. in. c. continebatur in. i. col.
extra de hijs que fiũt a prela. sine cõsensu ca. & in. c. in ciuitate
extra de vsuris, qui allegat ad hoc gl. in verbo plus. x. q. ij. hoc
ius poꝛrectum, & in. c. tuam extra de penis. & no. Bald. in auc.
ad hoc in pe. col. circa principium. in ver. insup queriꝫ. de vsu-
ris. & vide Archi. xvi. q. i. Si cupis esse. & ita ẽt tz beatus Ber
nardinus in suo libello de contractibus & vsuris in. xxxi. artic.
45 ij. c. qui dicit. † Si in venditione plus offert̃ ꝙꝫ res valeat eccle
sia recipe nõ dz, sed tñ iustũ pretiũ & allegat ꝓdictã glo. i. c. hoc
ius poꝛrectũ, & Arch. ibi & Bal. in. d. l. in cause. §. pe. de mino.
& qz ecclesia in suis ꝯctibus nõ dz fraudẽ aliꝙꝫ adhibere, vt i. c.
per tuas extra de do. & ꝑ hoc allego tex. in. c. i. §. i. in ti. de alie.
fe. in vsi. fe. vbi pulchre tex. sic dicit. Eccl'ia cultrix iustitie & au
ctrix nõ patitur aliqd ꝯ institiam in se ferre vel mouere. Primu
tus vero obuiat sepe institie ꝙ bene not. Clerici & prelati qui se
pissime ꝯtiñ faciunt sub pretextu, ꝙ semper melioꝛ condictio ec
55 clesie fieri debeat. † De iure aũt diuino & sic in foro ꝙscie credo
ꝙ non sit licitum contrabentibus se decipere ẽt citra dimidiam
iusti pretij. & ẽt in casu vbi nõ daretur restitutio, & ꝯhẽtes essent
laici, per id ꝙ hr̃ in. l. & euangelio quo ꝙsꝙ iubetur alijs facere,
ꝙ sibi vult fieri, & ꝓhibet̃ alij iferre, ꝙ sibi nollet fieri, vt ẽ tex.
i. di. c. humanũ genus, & dixi. s. circa principium. Sed certũ est,
ꝙ vnusqsꝙ vellet, ꝙ sibi vẽderetur iusto equo & cõi pretio, & nul
lus vellet in pretio decipi citra dimidiam iusti pretij. qz nemo
presumitur iactare suum. l. cũ de indebito in principio. ff. de pro
bationibus cũ si. Ergo vnusqsꝙ dz velle vẽdere iusto, & cõi pre
tio, & neminẽ decipere, & maxime cũ mẽdatijs & piurijs, vt dicit
beatus Augustinus & hr̃. lxxx. di. c. qm̃, & Casidorus, vt hr̃ ea.
di. c. qd est aliud, vbi scribit̃ in hec verba. Negociatoꝛes ergo
illi abhominabiles existimant̃, ꝙ institiam dei minime ꝙsideran
tes per immoderatũ pecunie ambitum pollunt mentes suas p-
iurijs ornãdo magis ꝙꝫ pretio, tales deicit dñs de templo, dicẽs
56 nollite facẽ patris mei domũ, domũ negotiationis. † Et ad hoc
vide gl. not. in. l. semper in quentionibus. ff. de reg. iu. q̃ dicit, ꝙ
tz lex dicat, ꝙ sit licitum ꝯhentibus se decipere, nõ tñ conuenit
bono viro, sed in foro ꝙscie quilibet dz esse bonus vir ergo &c.
& ita tz Bald. per illam glo. quam dicit esse singnlarẽ in. c. cuz
cãm el. ij. in fi. extra de testi. & ita tz Ant. de but. tz nihil alleget
in. c. in ciuitate. ver. venio ad gl. extra de vsuris, de quo vide ẽt
per eundẽ in. c. qz plerisꝙ in fi. antepe. col. ver. v. casus extra de
immu. eccl. & ibi per doc. & dixi. s. in fi. primi casus principalis.
57 † Sed que põt esse ratio, ꝙ in foro ciuili vel canonico licituz est
contrabentibus se decipere in pretio, & sic licitũ est carius ven-
dere, & vilius emere vsqꝙ ad dimidiam iusti pretij exclusiue, & nõ
sic in foro conscientie. Respondeo secundum beatum Thomã
secunda secunde. q. lxxvij. articu. j. ver. ad primum ergo dicen
duz, ꝙ lex humana populo datur, in quo sunt multi a virtute de
ficientes, nõ aũt datur solis virtuosis. Et iõ lex humana nõ põt
prohibere qcqd est ꝯ virtutẽ. sed eis sufficit, vt prohibeat ea, q̃
destruunt humanũ ꝙiunctum. Alia vero habeat quasi licita, nõ
qz ea approbet, sed qz nõ punit. Sic ergo hz quasi licitũ penam
nõ inducens si absꝙ fraude vẽditoꝛ rẽ suã superuendat, aut em
ptoꝛ illius emat, nisi sit nimius excessus, qz tũc lex humana cogit
ad restituendũ, puta si aliquis sit deceptus vltra vel citra dimi-
diã iusti ꝑtij. Sed lex diuina, q̃ nõ solũ datur populo, sed oibus
virtuosis, nihil impunitũ relinquit, ꝙ sit virtuti ꝯtiñ. Unde se-
cundum legem, illicitum reputatur, si in emptione & venditione
nõ sit equalitas institie obseruata, & tenetur ille qui plus hz re-
compensare ei, qui damnificatus est, si sit notabile damnũ, ꝙ iõ
58 dico, † qz iustum pretium quandoꝙ non est punctualiter deter-
minatum, sed magis in quadam existimatione consistit, ita mo-
dica ꝙ additio vel diminutio nõ vr̃ tollere equalitatẽ institie, &
hoc vr̃ seq & tz beatus Bernardinus in dicto libello de ꝯctibus
& vsuris j sermone. xxxv. ar. j. c. ij. & ad hoc vltimũ adde q̃ dicã. j.
65 in ver. verũ qz dictũ est ibi & si nõ posset ꝑcise dici. † Sz dubiũ ẽ
circa ꝓdicta, qd si ista duo ꝙcurrãt. Primũ. s. ꝙ vnus ꝯhẽs nõ
decipit alium, qz quilibet sciebat, & intelligebat valoꝛem rei ven
dite, secundum, ꝙ nullus eoꝝ erat in necessitate ꝯhendi ꝓp
aliꝙꝫ magnam egestatem seu quãcũqz aliã magnam necessitatẽ.
& nihilominns res fuit vendita, vel insolutuz data, vel aliter alie
nata plus vel minus iusto pretio. an hoc sit licituz in foro ꝙscie,

videtur

videtur q̄ nō,per.d.c.humanū genus.l.di.sed vt mihi relatus est beatus Bernardinus dicebat q̄ sic. Ego ꝓbo ex cōiunctione duarū regularū primo.s.per regulā.l.nemo vī.ff.de reg.iur. in pe.carta vbi sic dicit text. Nemo vī fraudare eos qui sciunt ⁊ consentiunt, ad hoc.l.cū donationis.C.de tranſact.vbi dī, q̄ dolus non infertur ⁊.c.scienti de reg.iur.in.vi.vbi dicitur sciēti ⁊ consentienti non fit iniuria,neq̄ dolus, ⁊ probat̄ in.l.i.in fi. ff.de actio.emp.⁊.l.i.intelligatur ⁊.l.q̄.§.penul. ⁊ fi.ff.de edil.
60 edict.⁊ in.l.domum.ff.de contraben.empt.†⁊ hoc tenet glo.in l.venditor.C.de reſcin.vendi.que dicit,q̄ vbi est consensus cuz cōscientia,ibi cessat dolus,⁊ vide q̄ dicā in.vij.presumptione. Scdo per aliam regulam.l.donari vī.ff.de regu.iu. ⁊.ff.de do. vbi dicitur donare videtur quod nullo iure cogente cōceditur, ⁊ hoc videtur tenere Anto.de but.in.c.q̄ plerīq̄ in fi. vbi est
61 casus extra de imu.eccl.vbi dicit,†q̄ quis nō teneť ad restitutionē ēt in foro ꝙscie.qñ vendens vel alienans lesus est sagacissima persona, ita q̄ verisimile sit,q̄ in plus non appreciauerit rē,⁊ residuum voluerit habere pro derelicto. Aliqui addunt ⁊ tertiū.s.q̄ ille,qui dī lesus in pretio,non fuerit ductus lenitate mentis aperta siue presumpta ad sic ꝫhendū. Exemplum pone in iuuenibus q lenitate sepissime ducunť. xxxiij.dis.quorundā. ibi merito inuenis dī,qui iuuenibus desideriis occupat̄,⁊ facit lex fi.§.filij añt ibi iuueniles.C. de bonisq̄ liberis. Maz lz talis non ignoret verum valorem rei sue, nec sit in necessitate ꝙstituendus, tñ in foro conscientie non est tutum, q̄ daret vel acciperet
62 rem pro pluri,vel minori pretio q̄z cōiter valeret,†q̄ lenitas illa sapit quandaz ignorantiā,⁊ ēt quandā necessitatē inducit ita faciendi,vt probatur in.d.c.quorundā,⁊ in.d.§.filij añt. Sed vidi tractatū siue libellum.s. Bernardini senensis de ꝫctibus
63 idem in effectu,lz breuioribus verbis,dicere.s.† q̄ in foro conscientie qs tenetur ad restitutionē.ēt si in ꝫhendo sit minor deceptus in dimidia iusti pretij.si procedit lesio in vno vel pluribus istorū.iij.verbi gra. Si procedit ex ignorātia aut mētis lenitate apta,siue p̄sumpta,aut ex quacūq̄ alia magna necessitate.ex q̄bus cōprehēdi pōt,q̄ talis ꝫctus nō ꝓcedit ex mera gra ta ⁊ gratuita volūtate.⁊ iō talis lesio,q̄ ꝙsistit in minus emēdo, aut plus vendendo nō solum ꝫ iustitiā est, sed ēt caritatem,⁊ ꝫ
64 tingens.† Ego ēt addo ⁊ quartum.s.⁊ ꝫhens nō inducatur ad contrabendum.s.pluri vel minori pp nimiam affectionem, vel commoditatem. Exemplum vnus hz affectionem in aliqua re particulari,vt in aulbus,vel libris,vel similibus,vt sepe cōtingit,vel q̄z res fuit maiorū suorū,vt.l.si in emptione.ff.de mino.l. libertus qui soluendo nō erat.ff.de bonis libertor̄ ⁊.l.i.§.sed si rē.ff.ne quid in fraudez patro. vel alia de cā vt.j.dicā in.xvi.presumptione. Exemplum cōmoditate vnus vult facere viridariū vel ampliare domū.vel vnus hz vnam possessionē,⁊ in medio,
65 vel in finibus vicinus hz aliquos cāpos,vel domūculā,q̄ sibi nō sunt necessarij sed cōmodi pp vicinitatē.†Sepe.n.ꝙsines ēt.§. fundus.ff.de lega.ij. Nam hijs casibus lz de iure ciuili, vel canonico esset licitū plus vendere,vel aliter alienare pp affectionem vel cōmoditatē emētis siue accipientis tñ i foro ꝙscie creditur in.d.i.distinctione. Et q̄z illa affectio vel cōmoditas non p mittit illū qui eam hz in vera libertate ꝙsistere.sed potius incu
66 cit quandā necessitatē. Multi enim pp affectionem ⁊ cōcordiā magis impelluntur ad emendum pro pluri quasi alia necessitate astricti essent.†Subē ⁊ alia rō,nam si interest mea pp cōmoditatem,vicinus nō dz mihi vendere illā cōmoditatē,vel oppor tunitatē,que est mea,nō sua,sicut dicitur in vsurario mutuāte. q̄ nō dz recipere aliqd vltra sortē pro re mutuata, que est effecta illius,cui mutuata est,⁊ si aliqd soluent vltra,esset vsura, q̄z solueret de re sua,q̄ esse non dz,q̄ nota ꝫ multos, ⁊ in hac sntia fuit beatus Bernardinus in dicto suo ope de ꝫctibus ⁊ vsur. in sermone.xxxvi.arti.i.⁊.c.ij.ad fi.qui allegat ad hoc Scotū
67 in quarto.xv.di.q.ij.⁊ allegat ēt beatū Tho.in.ij.ij.q.ij.art.i. †vbi dicit,q̄ si emptor multum iuuatur ex re q̄z emit,⁊ ille,q̄ vēdit,non damnificatur vltra cōem valorem illius rei,nō dz vendere eā vtilitatē emptori,q̄z nō est sua.sed emptoris, lz possit ei vendere dānū q̄ vēditor patit vendendo illā rē vltra cōem estimationē. Subdit tñ q̄ ille q multuz iuuatur ex re q̄z emit pōt spōte ⁊ sua mera libertate aliqd vltra cōez pretiū sup errogare q̄ ad honestatē pertinet.quā spontaneā ⁊ merā libertatē in dubio subesse nō presumo,si aliqd ó predictis quatuor occurrit, ad q̄ adde q̄ dicā in sequenti presumptione,q̄ est bñ notādum, q̄z
68 multi in ciuitate Verone ꝫtiū faciūt,⁊ maxie qñ qs vult emere fundū sibi cōmodū pp vicinitatē dñs vult triplū,aut quadruplū plus eo q̄ vz,† ⁊ etiā quando emphiteote,vel linellarij volūt a dominis vel acquirere iura directa,⁊ sic se liberare ab onere linellario,q̄z vbi cōiter soluuntur quatuor duca. pro libr. domini volunt.vij. aliquando.viij.aliquando.x.⁊ aliquando vltra. ⁊ male in foro conscientie in quo tenentur vendentes ad restitutionē illius pluris in quo damnificati nō sunt. Verū q̄z dictum
69 est q̄ nō est licitū ꝫhentibus in foro ꝙscie se decipere.ēt in pretio.⁊ sic qñ res vendi vel alienari dz vero ⁊ iusto ptio.†Dubitatur apud multos,q̄ dicať verū ⁊ iustū ptiū in foro ꝙsciētie. Ad hoc dic.Aut pretiū est taxatum a lege,vel statuto,illud est verum ⁊ iustū pretium,nec lz vltra aliquid accipere ēt modicū, q̄z lex,⁊ si dura sit,seruanda est.l.prospexit.ff.qui ⁊ a q̄bus,vt dixi. §.in verbo.vel nisi taxatum,⁊ est rō,q̄z vbi lex figit pedes suos non lz vltra transgredi,vt nota. gl. penultima.in.l.si nō fuerit. ff.pro socio ⁊ probatur in.c.defleat peccator,extra de reg.iur. cum similibus Et ad hoc vide,q̄ scripsit dominus Pet.de anchara.in repetitione.c. Canonum statuta in.cxij.col. in fin.
70 extra de constitu.†vbi dixit,q̄ ad hoc vt competat beneficium l.ij.C.de reſcin.vendi.sufficit,q̄ lesio sit vltra dimidiaz iusti pretij ēt in vno nummo tantum cum.d.l.ij.sic figat pedes suos,per glo.in.l.si non fuerit.ff.pro socio, ⁊ idem tenet Bald. in dicta. l.ij.xij.q.⁊ idem no.gl.⁊ ibi per doc.in.c.cū cām ex̄ de emp. ⁊
71 ven.†Aut ptiū nō est limitatū aut taxatū ⁊ in hoc pēdēt leges ⁊ ꝓphete,q̄z res sepenumero diuersis ptijs vendunť p̄sertim in diuersis locis vt.l.iō.ff.ó eo q̄ cer.lo.Et tūc subdistingue.Aut
72 loqmur de rebus mobilibus aut imobilib⁹.†Si loqmur de rebus mobilibus,tūc dic,q̄ res tm̄ vz,q̄z tū cōiter vēdi pōt, vt.l.si seruus furtiu⁹ in p̄in.ff.de q̄di.furti.⁊ ibi gl.in verbo inuenerit hoc not.⁊ allegat ad hoc q̄ordātes.q̄ intellige scīēti ⁊ intelligenti q̄dictionē rei,vt est tex.cū gl.notabilis in.l.mortis cā capimus.§.fi.ff.de dona.cau.mor.vbi per doc.⁊ statim dicā, itez intellige quantum cōiter vendi pōt nō existenti in egestate, nec in aliqua necessitate,nec in aliqua lenitate, nec in aliqua nimia affectione, vel cōmoditate vt patet ex hijs que dicta sunt ꝫ.itez intellige quantum cōiter venditur ⁊ vendi pōt tempore contractus,ſm Hosti.Rayne.⁊ beatū Bernardinū, ⁊ ita tz Bar.in l.no.intelligiť.§.diui fratres.ff.de iure fis.⁊ no.per doct.in.l.ij.
73 C.de reſcin.vendi.†nisi ille,qui in p̄sentiarum nō est venditurus,vtputa pelles tpe estiuo,ſz eas seruaturus vsq̄ ad hyemē, rogatus vel istigatus per aliū,vt ei vendat. Nā tūc pōt augere pretiū super id q̄ cōiter in p̄senti vz, in tantū q̄ se seruet indēnem pp q̄ aliqui dixerunt,q̄ qui merces suas paratas hz vt paret ad nundinas verisimiliter sperat lucrum ex mertium illarum venditione.⁊ inducitur in loco vbi nunc sunt ad vendendum modo predicto.s.instigatus precibus, videtur q̄ talis venditor se possit indemnē conseruare augendo pretiū,ſm beatū Bernar. in libro de contractibus ⁊ vsuris.xxxiij.arti.in.c.iij. q subdit, q̄ talis casus non est predicabilis,q̄z piculosus.⁊ q̄ in eo est habenda rō periculorum,⁊ laboris,⁊ expensarum,quas venditor subisset transferendo merces illas,quas hic vendendo nō subdit,ideo nō pōt eas tantū vendere,q̄tum vēderenť in loco nundinarū, ⁊ ita ēt tenent doctores in.c. nauiganti extra de vsuris
74 maxime dñs Jacob. calderini.in.vij.q. † Et q̄ dixi q̄ res tm̄ vz quantum cōiter vendi pōt tempore ꝫctus.nō intelligitur de die ꝫctus tantum.sed q̄tū cōiter vendi potuerit illa die ⁊ ante ⁊ post,vt est casus notabilis in.l.pretia rex.ff.ad.l.fal.⁊ ibi hoc no.Bar.⁊ doc.in.l.ij.ad fi.C.de reſcindē.ven.⁊ per eum idem Bar.in.l.si seruus in principio.ff.de condi.furti.⁊ per Ang.in
75 l.i.lege fal.hoc est obseruandum.§.i.ff.ad.l.fal.†itē q̄ dixi, q̄ res tantū vz q̄tū cōiter vēdi pōt intellige, q̄tū vēdi pōt.s.cuz onere suo ⁊ sine,q̄z magis cōiter venditur sine onere q̄z cū onere. Exemplū,si pōt vendi sine cautione ⁊ fideiussione nō p̄stita, vel si vēdi pōt p̄nti pecunia,vel ad terminū, vel si venditor aut emptor est legalis,aut locuplex,vel implicitus debitis,ita q̄ nō repisset ēptorē nisi certe q̄titatis,ar.tex.no. i.l.iij.§.mulier.ff.ó in diē adiec.Et no.bart.singl'r in.l.i.§.si heres.ff.ad treb.vbi oī no vide no. Ange.in.l.in lege falci.hoc est obseruandum.ff.ad legem falcid. facit.l.si quis stipulatus sit stichum aut pamphilum ⁊ ibi nota. dominus Paul.de cast.ff.de verbo. obliga.⁊

q̄ no. Bar. in l. in l. fal. non bī q̄stitas, ⁊ in l. in l. q̄rebaī ad l. fal. ad q̄ adde q̄ dicā seq. p̄sumptione ver. Et predicta de re
76 procedunt. † Itē q̄ dixi, q̄ res tantum vz, quantū cōiter vendi pōtest. Intellige, q̄tum cōiter venditur similis res in foro publi. vt est tex. in l. septē ⁊ ibi. Bar. C. de erroga. mili. li. xij. ⁊ p batur in. c. ibi quem in mercato extra de empti. ⁊ ven. ⁊ habeī per Bar. ⁊ doc. in. d. l. preciarerū. ff. ad l. fal. ⁊ in. d. l. si seruus. ff. de con. furti. ⁊ per. Ant. de but. in. c. cū cām in ver. ad secun dū demun p̄bandū, extra de emp. ⁊ vēdi. Et si in foro hmōi res vendi nō. contigerit, inspiciī q̄tū vendi potest in eo loco, vel ea regione. ⁊ si in foro, vel illo loco diuersis precijs venderet, tunc
77 media via est eligenda vt statim dicā in casu seq. † Itē res tm̄ vz q̄tū est estimata in estimo cōis, vt p̄baī. in. l. bij q ⁊ ibi hoc no. Bartol. C. de predi. nani. lib. xi. Item res tm̄ vz quantū est estimata p duos peritos estimatores, vt no. Bar. ⁊ ibi per doc
78 tores in. l. ij. C. de rescin. ven. † Si vero loquimur de rebus īmo bilibus, dic q̄ non pōt dari certa doctrina q̄tū sit verū ⁊ iustū precium, nisi hoc mō, vz, si vendo fundum p cētū, dz ḡsiderari, si tm̄ vz vero habito respectu ad eius qualitatē ⁊ q̄ditionē ⁊ fructuū perceptionē, vt. l. si qs. C. de rescin. vēdi. ⁊. i. l. si fundū per fideicō. in p̄ncipio ⁊ ibi gl. i. ff. ó legatis p̄io, ⁊ i. l. pe. ff. de rebus eo, ⁊ no. gl. bar. ⁊ doc. in. l. ij. C. de rescin. vēdi. ⁊ no. gl. ⁊ doc. in. c. cū cām el. ij. extra de testibus. ⁊ si cōiter vendeī p tanto in illo loco pertinētia vel q̄ta scienti ⁊ intelligenti qualitatē, ⁊ q̄ditionē rei vēdite, vt est tex. cū gl. notabili. in. d. l. mortis cā capimus. §. fi. ⁊ ibi p doc. ff. de dona. cā mor. ⁊ bī i. l. si seruus. ff. ó cōdi. fur. ⁊ in. l. precia re. ff. ad l. fal. ⁊ per Bar. in. l. nō intelligi tur. §. dini fratres. ff. de iurē fis. ⁊ p̄batur in. l. si qs vxori. §. si sta in liber ⁊ ibi hoc no. Bar. ⁊ Ang. ff. de furt. ⁊ ibi p Bar. ⁊ doctores in. l. j. §. si heres. ff. ad trebel. ⁊ p eundē. Ang. i. l. i. l. falci dia hoc obseruandū. §. i. ff. ad legē fal. vbi omnio est videndū. ⁊ istud esset cōe verū ⁊ iustum precium, debent ēt ḡsiderari ea q̄ dicta sunt supra de rebus mobilibus, ⁊ sic nō posset precise dici quantū cōmuniter possent vendi, q̄ forte aliq̄ huiusmodi res vendunī cōmuniter centum, aliq̄ centuz ⁊ quinq̄, aliq̄ octuagintaquinq̄, tunc in hijs non esset illicitū quocunq̄ de illis precijs concurentibus venderet p̄prie. Sz tucius esset q̄ eligatur mediū preciū in casu proposito de centū ⁊ in similibus. ⁊ sic media via tanq̄ tutior esset eligenda ⁊ ad hoc vide textum, qui optime facit, in. l. si fundū cū. l. seq. que incipit ita vt omnes in p̄ncipio. ff. mandati, ḡiuncto. c. illud extra de cleri. excōmu. mini. Adde tm̄ circa predicta, q̄ ple. no. beatus Bernardinus in dicto libello de ḡctibus ⁊ vsu. in. xxxiij. sermone articulo secundo in secunda particula cap. vij. in fine. Et plenius per eundem in eodem lib. xxxv. sermone articulo primo ⁊. c. ij. ⁊ plenissime in extractis dicti tractatus beati Bernardini. in titulo vsura ter
79 cio, vbi ponunī. xij. regule iusti precij. vbi videri poterit. † Alii qui tm̄ dicunt, q̄ in hoc casu, quando res vendit minori precio q̄ valeat, ⁊ ab ipso principio venditionis est actum, q̄ teneaī, emptor locare dictaz rem venditā cum pacto de retrouendēdo p iusto precio, q̄ non sit p̄hibitū, vel licitū rē emere ēt prope dimidiā iusti precij de iure ciuili vel canonico, nec etiam in foro conscientie. ex quo illud q̄ plus valet res vēdita remanet apō venditorem p suo iure vtilis dominij cū saltē aliter ipse nō fuisset venditurus. Unde non vī esse deceptus in aliquo venditor, ex quo penes ipsuz remanet omne id, q̄ plus vz res vendita in re suo sz vtilis dominij, ⁊ illud ius potest vendere, vt. l. fi. C. ó in re empbiteo. Ad quod addam q̄ dicā in quinto casu principali. ver. tertio casu ibi credo tm̄ quod maior p̄sumptio. Sz certe isti in hoc non benedicunt, nec sequitur, q̄ plus illud, q̄ valet res vendita, remanet apud venditorem eundēq̄ conductorem p suis melioramentis. ⁊ sic p̄o iure suo, ergo non lesus, q̄ illud plus non potest libere vendere, sicut potuisset, si non esset vendituī, iz cum suo onere linellario vendere teneī, q̄ sibi dificilis erit, ⁊ magis dānosum, pro hoc. l. ij. §. melior. ff. de in diez ad iect. ⁊ dixi supra. ita q̄ teneretur prius dominū denūciare quo emere nollente sibi tenetur laudemiū q̄ toloneū sine quinquagesima appellatur, soluere, vt. l. fi C. de iure fisci. itez q̄ si alienaret domino irrequisito caderet ab omni iure suo, vt dicit. d. l. fi. item q̄ propter canonem debito tempore non solutum caderet a iure suo, cum propter culpam suam perderet etiam illa melioramenta, vt habetur in dicta. l. fi. ⁊ in. l. ij. C. de iure emphi. ⁊ in capitu. potuit extra de locato, quem non perderet, si non esset in dicta venditione. item amitteret etiam illud ius redimē di, q̄n esset concessuz ⁊ appositū in instrumēto locationis linellarie, q̄ tūc cēseret eē ius emphyteoticū, seu ps iuris ēphiteoti ci in. l. sterilis. §. si tibi. ff. de actionibus empti. ⁊ in. l. qui funduz vendidit. ff. de contrahē. empt. facitēt. l. fundi ptē eo. ti. Unde cum linellarius non soluens canonem tempore debito vel alienās irrequisito domino cadere debet a iure suo emphiteotico, vt. l. ij. ⁊. l. fi. in fi. C. de iure emphy. cadet etiam ab isto iuro redimendi est, quod pars iuris emphyteotici vt dixi. Secus si ipsum ius reddimendi esset concessum ⁊ ascriptum in ipso instrumento venditionis separato ab ipso instrumento locationis linellarie, vel post instrumentum iuris emphiteotic. vel q̄ocūq̄ in alio instrō ⁊ de per se. q̄ tūc nō posset dici pars iuris emphyteotici, sed quodam ad ius personale separatū a iure emphiteo
80 tico † Et ideo lz pp culpam cōmissam in non soluendo canonem vel alienando caderet a iure emphiteotico, vt. d. ij. ⁊ fi. non tm̄ caderet a iure reemēdi per di. iura q̄ est bene notandū, q̄ sepe in facto euenit. ⁊ doc. hoc non tangunt. Et predicta p̄oedūt ēt si in instrumento venditionis cōtineatur donatio de eo q̄ plus valeret ipsa res vendita, secundum ea que dicam in septima p̄sumptione.

81 **Tertia** p̄sumptio est † quando esset lesio in locatione seu in quantitate fictus. ⁊ hoc potest esse quatuor modis in persona conductoris, ⁊ alio modo in persona locatoris. Primo modo ex persona cōductoris, quando excedit summam iusti p̄retij habito respectu ad quantitatez pecunie solute p̄o re vendita eademq̄ locata ⁊ habito respectu ad fructus qui percipiūtur seu percipi possunt ex dicta re locata, ⁊ ad possessionē que solui dz ex re linellata. Exemplū emi a titio fundum centū aureis, ⁊ sibi locaui eundē fundū p̄o. xxxiij. libris in ann. Certe ista est lesio respectu pecunie mee solute, q̄ soluunī cōiter in ciuitate Verone. xxv. libre denariop̄ p̄re empta cētū ducatis, ⁊ est lesio respectu fructuū p̄cipiendop̄ ex dicto fundo valēte cētū aureos vltra. xxv. libras denariop̄ vel cir. sine eap̄ existimationē deductis expēsis, ac ēt ē lesio respectu linelli, q̄ lz fictus mere locationis sit iustus ⁊ cōiter Verone reputetur iustus, q̄n soluuntur de linello emphyteosi, ⁊ nō de locatione simpli, dz solui p̄o minori quantitate vcz in rōne quinq̄ p̄o centenario, q̄ istud est iustum p̄retiuz fictus linelli siue emphiteosis. Nam quantum ad soluendum fictum de linello opp̄z non ex reditibus metiri emphyteosim ⁊ existimari pensionem subtiliter. ⁊ ex p̄retio collato redditus possibiles. in. xx. annis cōputari. ⁊ in redditibus ex hoc ḡtinuatis metiri emphyteosiz, vt est tex. in auct. de nō aliena. §. q̄ vero leonis in fi. ⁊ auct. perpetua. C.
82 de sacrosanc. eccle. † Et sic pensio iusta, que recipitur ex re linellata, est illa, que collata in. xx. annis vltra. xx. annos ḡtinet existimationem rei linellate, vt not. glo. in. d. aucten. perpetua in verbo iuxta ⁊ in. d. §. q̄ vero leonis in fine. verbo faciendam. ⁊
83 sic ex hoc patet † q̄ p̄retium fictus q̄ ex simplici locatione annuatim soluitur per respectum ad ipsos fructus. ⁊ videtur esse quedam tacita venditio fructuum, sed pensio siue fructus, qui soluitur ex contractu emphyteotico siue linellario non datur p̄incipaliter per respectum ad fructus sed in recognitionem domini tantum, vt nota Barto. in. l. i. ⁊ ij. oppo. C. de iure emphy. ⁊ Anto. de but. in. c. potuit extra de loca. Et est ratio in
84 ter fictum rei locate simpliciter ⁊ fictum rei linellate † q̄ linellarius tenetur manumittere rem linellatam suis expensis, maxime cū detur, ⁊ dicatur in instrumento linellario ad meliorandum, ⁊ non peiorandus, vt habetur in. l. i. C. de iure emphyteo. ⁊ ēt si res linellata culpa linellarij. vel ēt sine culpa. sed casu fortuito deterioraretur, nihilominus linellarius siue emphyteota semp tenetur ad pensionē, nisi tota res pereat, vt. d. l. i. ⁊ ibi no. C. de iure emphy. ⁊ bī in. §. adeo insti. locati. In tantum q̄ linellarius verus, qui nō potuit percipere fructus, aut redditus rei linellate in recompensatione eius minus soluit, q̄ simplex conductor, vt habetur in. d. l. j. C. de iure emphyteo. ⁊ in. c. p̄p sterilitatem, extra de loca. ⁊ ita de consuetudine generali Verone obseruatur † qō nō est in simplici colono vel ḡductore, qui
85 non tenetur suis sumptibus rem locatū manu tenere, vt bī in. l. colonus in p̄ncipio. ff. loca. ⁊. in. l. hactenus. ff. ó vsufructu, nec ēt tenetur ad solnendum fictum si nō percepit fructuz ex re locata, vt. l. item queritī. §. exercitu ⁊. l. ex cōducto. §. si vis tēpestatis ⁊. §. sed ⁊ si labes, ⁊. l. si merces. §. vis maior. ff. locati, ⁊ in. l. si vno e. ti. ⁊ bī i. d. c. p̄p sterilitatē, ⁊ ad hoc vide tex. cū gl. no. i auc. de no. alienā. §. q̄ vero leonis in ver. diximus q̄ incipit accipe vbuz. i. ḡcedimus col. ij. ⁊ tex. cū gl. in verbo p̄p fortuitos casus §. dudum eo. tit. Et sic cū linellarius granaretur in aliquo imo in pluribus magis q̄s simplex cōductor, dz in alio releuari, ⁊ sic q̄ linellarius soluat tantum fictum in rōne quinq̄ p cētenario-

arg.l.cum qui cũ ibi notatis.ff. de iureiur. vbi hẽ, q̃ qui in vno grauatur in alio ɔ relenari, ⁊ eẽ, ⁊ facit regula. c. q̃ sentit onus
86 ⁊. c. rõni cõgruit de reg. iu. in. vi. cum si. † Alio modo q̃tingeret lesio in locatione seu q̃titate fictus, vꝫ quando excedit summam iusti pretij habito respectu tantummodo ad quantitatem pecunie solute pro re vendita eademq̃ locata de qua. ſ. positus est exemplũ circa p̃incipiuꝫ huius tertie p̃sumptionis. Tertio modo q̃tingeret lesio habito respectu solum ad fructus vel redditus q̃ percipi possent ex re locata. Exẽpluꝫ poni põt sicut dictum est. ſ. in primo modo lesionis. Põt ẽt poni aliud exemplum, in quo decipiuntur. Aut ipsi decipiunt in ciuitate Verone ementes, ac demum in cõtinenti locantes eandem reꝫ. vꝫ q̃ res vendita eademq̃ locata erat domus. Nam ꝫ ego emerim domuꝫ pro centũ, ⁊ sic iusto pretio, ⁊ locauerim iure liuelli eidẽ venditori eandem domum pro. xxv. libris denariorũ sic q̃ cõi ptio habito respectu ad dictos centuꝫ ducatos, q̃ dicte. xxv. libre ꝫ sint cõe pretium Verone rei, que est valoris centum ducatorum, q̃ tñ iniustũ, vt statim vẽ certũ est, q̃ non est iustum habito respectu ad pẽsiones, siue redditus, qui percipi possent ex dicta domo liuellata, q̃ dictum pretium. xxv. librarum esset etiaꝫ iniustuꝫ respectu locationis simplicis. Naꝫ illa domus si tertie p̃sone deberet locari ad tp̃s non posset locari nisi vsq̃ ad. xxv. libras vel circa, ⁊ sic in ratione trium pro centenario vel circa. Soluendo ergo hoc casu. xxv. libras in anno esset sine dubio lesio respectu redditus vel pẽsionis q̃ percipi possent ex dicta domo vt dixi. Quarto mõ põt q̃tingere lesio habito respectu solũ mõ ad pẽsionẽ, q̃ solui deberet ex re liuellata vt p̃imo casu p̃cedenti, qñ solunnt. xx. libre de liuello p̃ domo vendita cẽtuꝫ, pro quo p̃tio alij nõ locassent. sed p̃ maiori q̃ ille fictus. xxv. libraꝫ nõ solũ est iustus respectu simplicis locationis vt dixi. sed ẽt liuellarie q̃ si illa domus daretur in emphyteosim tertie persone
87 nõ posset dari vltra. xxv. libras. † Quinto mõ põt q̃tingere lesio ex parte locantis, qñ emisset rem locatã pro minori pretio q̃ valeret. Exemplum emit vnus fundum pro centuꝫ, qui valebat centum ⁊ quinquaginta. Et continenti venditori locauit in perpetuum eundẽ fundum. xxv. libris. denariorũ in anno, cũ pacto de retrouendendo. Nã emptor vẽ esse deceptus q̃ si vere emisset ex quo ille fundus potuisset alteri locari. xxxv. libris cuꝫ dimidia in ratione. xxv. lib. pro centũ ducatis est lesus. in. xij. cũ dimidia. ⁊ p̃p hoc est p̃sumptio, q̃ nõ sit verus ẽctus emptionis, ex quo locauit minori precio nõ ductus necessitate, ad hoc
88 adde q̃ dicam in sequenti p̃sumptione. † Conclude tantũ circa predicta, que ⁊ qñ dicatur, ⁊ sit iusta pẽsio. Aut venditio est facta iusto pretio, aut iniusto. Primo casu fundus venditus, q̃ locatur venditori. aut allinellatur, aut sibi in emphyteosim conceditur si locatur pensio iusta est habito respectu ad fructus, ⁊ redditus, qui percipiuntur ex ea. sed si liuellatur, tunc aut fundus reddit fructus cões ſꝫ multo plus aut minus q̃ cõiter alie possessiones reddũt, si reddit fructus cões, ⁊ tũc pensio iusta est habito respectu ad valorem rei, qui est p̃ pecuniam solutã per emptorẽ ratione quinq̃ pro centenario, sed si fundus venditus reddit multo plus vel minus ꝺ fructibus vel redditibus q̃ alie possessiones. Exemplum de pluri in molendino, q̃ ꝺ est in flumine publico, vtputa arbesi, q̃ cõiter valet centum ducatos, vel modicum vltra. ⁊ reddit de fictu simplicis locationis oĩ anno. xl. vel quinquaginta minalia frumenti. ⁊ sic vltra. xij. pro centenario. Exemplum de minori in domibus vel palacijs, que cõiter multum valent, pro modica pensione locantur habito respectu ad valorẽ eoꝝ, vt est tex. in. l. fi. §. sint autem legata. ibi veluti domus in p̃ncijs p̃cioſe. C. de bonis q̃ li. ⁊ ibi Bal. q̃ dicit per
89 illum tex. † quod domus p̃tioſe sunt quodãmodo ſteriles. q̃ non correspondent redditibus pretio domorum. Nam in ciuitate Verone cõiter in ratione trium pro centenario domus locãtur ⁊ quãdoq̃ pretio viliori si sint domus p̃cioſe, hijs duobus casibus vẽ, q̃ iusta pensio sit habito respectu ad fructus vel reditus quando esset locatio simplex. sed si esset liuellatio tunc in molẽdino credo q̃ nõ habeatur respectus ad reditus, qui sunt in magna q̃titate, sed in ratione quandoq̃ pro cẽtenario habito respectu ad valorem rei, vt hẽ in. d. §. q̃ non leonis in auctẽ. de nõ alienan. col. ij. Et ꝫ molendinum videatur minus valere respectu q̃titatis fictus, tñ istud est p̃p periculũ, q̃ est in eo, ne pereat, vel deterioretur, ⁊ p̃p magnam impensaꝫ, q̃ fit in eo manumittendo. Unde deducendo oẽs expẽsas ⁊ estimationes piculi nõ dicetur in veritate dñs percipere tm̃ de fictu. Cuꝫ ergo liuellat̃ dictũ molendinũ vni, ⁊ in eo trãseat omne periculum, ⁊ omnis impensa ad eum spectet, sicut ⁊ dñs emit modico pretio p̃p dictum periculũ ⁊ impensaꝫ futuram, ita ꝺ ẽt medio pretio liuellari, ex quo vt dixi in liuellariũ transit omne periculũ ⁊ impensa vt. l. i. cum ibi notatis. C. de iure emphiteo. ⁊ dixi ſ. sed in domo creddo, q̃ ꝺ ista sit iusta pẽsio, q̃ esset iusta si alteri nõ venditori liuellaretur. Que aũt sit illa, dic q̃ ꝺ est illa, qua cõiter tales domos liuellari solite sunt in eodẽ loco vt dixi in precedenti p̃sumptione versic. verum quod dictum est de quo dic vt ibi.
241 Quid ergo si pro pecunia emantur fructus † certi ab ecclesia vel ab alio priuato percipiendi ad vitam ipsius emẽtis ⁊ pecuniam dantis, an iste contractus erit licitus, an erit vsura? hic pecunia non generat pecuniam. Item etiam si emantur redditus in pecunia consistentes, hic non est mutuũ, ergo non est vsura. Differt hec questio ab vna alia quam. ℣. tetigi, qz hic loquor quando emuntur fructus, vel certi redditus ad vitam, ⁊ mortuo emptore pecunia sit perdita soz que extincta.

Alia questio supra decisa loquit qñ redditus sunt empti in perpetuũ. Adde qꝺ red-

ditus ⁊ fructus ⁊ idē sunt. Bar. in l. fundi trebatiani in. j. col. ver. sed quero. ff. de vsufru. leg. Spec. ó loca. §. j. in pe. col. ver. illud aūt. circa mediū. de ista ergo. q. bī in. c. in ciuitate. §. eo. ⁊ p Cy. Bald. ⁊ alios legistas in l. si ea. C. eod. ⁊ per ipsos Cyn. ⁊ Bal. in l. si pater puelle. C. de inoffi. testa. vī qó casus ꝯctus sit licitus. ⁊ nó sit vsura, qz hic nō est mutuū sed emptio. Itē pp dubiū vite quāto tpe viuat emptor nō pōt dici pretiū iniustū. ar gu. in l. sancimus. C. de donatio. l. iubemus. C. de sacrosan. eccl.
242 in auct. de nō alienan. in §. fin. in ꝓriū facit, qz lz tps † vite sit in certū, tñ eūdē est ad ꝙiecturas, arg. in l. hereditatū. ff. ad. l. falc. ⁊ ió Cy. ⁊ doct. legiste, vt refert Bal. in l. si ea. lz istā partē qó sit recurrēdū ad ꝙiecturas ⁊ ad qualitatē ꝑsonaꝝ. an emptor sit innenis ó quo sit spes qó lōgo tpe debeat viuere, ⁊ sic qó lucrū sit excessuz ⁊ an sit ꝙsuetus facere ꝯctus illicitos vl nō. Ex istis
243 enim qualitatibus iudicabitur ꝯctus † illicitus vel licitus. Bof fre. tñ indistincte tenuit talē ꝯctū nō esse licitū, ⁊ pp spē lucrādi ꝯctum esse vsurariū, sed banc formā Hostien. in prealle. sum. de vsu. §. an aliquo casu. versi. quid de his qui emunt ab ecclesijs. ⁊ refert ipsuz Bof. ⁊ Ray. tenuisse ⁊ iudicasse talē ꝯctum eē vsu rarium, eo qó oēs sperant plus viuere, ⁊ sic sperant boies plus percepturos de prouentibus possessionis quos ad vitaz emunt quā sit pecunia quā dederūt. ⁊ sic sola spe cōmittunt vsurā. vt in Euangelio. nihil inde sperantes. refert ēt eos dicere qó si quis dat vnam possessionē vt recipiat aliā equinalentē qó licitus est ꝯctus secundū ea que ipse notauit in summa de precarijs. §. j. ⁊. ij. sed certe vt dicit Hosti. salua pace ipsoꝝ, vñr intus bene dice re, qz ita videretur homo ita sperare lucrū in hoc vltimo ꝯctu si cut in primo, ita est licitus primus sicut secundus. ita licitus est ꝯctus emptionis ⁊ venditionis qui est primus sicut secundus q est precariū, ⁊ hoc nisi fiat in fraudē. Nā vteraz ꝯctus approba tur a iure. vt in tit. §. de emptio. ⁊ vendi. ⁊ in tit. §. de precarijs. p tertū. ⁊ ipsemet Ray. ⁊ Goffr. vt dicit Hostien. dixerunt ⁊ scri-
244 pserunt in hoc qó nō hz locuz vsura † nisi in mutuo regulariter. vt opinionē multoꝝ casuum enitem sm qó ipse Hostiē. dicit in eadem sum. de vsur. §. i. rei mutuate. Istā aūt opinionē qó ꝙtra ctus iste nō sit illicitus tenuerunt Matthe. ⁊ Zaba. in. d. clem. ex grandi. ⁊ ista est cōis opinio. ꝙsulnit tñ Inno. in. c. in ciuita te. qó fideles christiani a talibus ꝯctibus se abstineant, sed ex forma sui talis ꝯctus nō est vsurarius, imo est emptio ⁊ vēditio nisi adsint alia indicia ⁊ fraudes, qui sensit fraudē in talē ꝯctum faciendo exoneret ꝙscientiā suā. Nunc de interesse aliqua ple nius dicamus, qm̄ certū est de iur. cano. ⁊ in foro ꝙscientie inte-
245 resse † posse peti ⁊ exigi. vt in. c. sacro. vbi plene p Inn. extra ó sent. excom. in. c. peruenit. de fideiusso. in. c. dilecti. de foro cō pe. in. c. fi. quod met. causa in. c. constitutus. de procu. ⁊. ij. q. j. in primis. ⁊. xij. q. ij. c. si quis de clericis.

246 **Queritur** igitur in primis quid sit interesse † ⁊ gl. in. l. j. C. de sent. que pro eo qó interest, qó in teresse est dānū emergens ⁊ lucrum cessans. Inn. antez in. d. c. sacro. in glo. sua magna. que incipit, Qstabit autem de interesse diffinit dicens. Interesse est estimatio in pecunia numerata qp succedit in locū cuiuscunqz rei si non detur vt dz vel facti si non fiat vt dz. ⁊ banc descriptionē sequitur Spec. in tit. de fructi. ⁊ interesse. ⁊ est diffinitio quelibet bona. resultat enim interesse ex eo qó aliquid fieri cessatur seu tradi ⁊ solui cessatur, vt colligi tur. ff. de actio. emp. l. si sterilis. §. cū per venditorē. ⁊. l. j. eo. tit. ⁊. l. titius. in fi. eo. ti. Si autem queratur quotuplex sit interesse gl. in. d. l. j. C. de sen. que pro eo qó interest. ⁊ Inno. in Spe. vbi
247 s. tenet cōiter qó interesse † est triplex. s. cōe, quentum, ⁊ singu lare. Adde Bart. ⁊ docto. in l. j. C. de sen. que pro eo qó inte. profe. ⁊ gl. in. l. j. ff de actio. emp. qó prosequere vt in glo. pre dicta. ⁊ q̄q̄ Jaco. de ra. ⁊ Byn. ipse in. c. moza. de reg. in. lib. vj. dixerunt qó vnicum tñ est interesse, sed estimatio damni ⁊ lu cri. qó damnū vel lucrū pōt tripliciter estimari. vcz vel singula riter. vt. ff. de bonis. l. qui soluendo, vel cōiter vt. ff. ad. l. aquil. l. si seruū meū. vel tertio pōt estimari per conuentionem partiū, vt. l. fi. de preto. stipu. tamen hoc non prosequoz. qz ⁊ gl. ⁊ cōis sen tentia ⁊ By. conueniunt in effectu. alia est etiam diuisio ipsius interesse qñ est interesse circa rē, aliud interesse extra rē, vt dicit gl. predicta. vt pz ex eo qó habetur i. l. si sterilis. §. cū per vendi torem. ff. de actioni. emptio. ⁊ in l. vitium. ff. si certum petatur. Alia est etiam subdiuisio interesse que concernit interesse sin gulare tantum, quoniam aliud est interesse affectionis, aliud in teresse veritatis. his premissis quoniaz in diffinitione dixi quod lucrum cessans. Et in hac materia agimus de pertinentibus ad conscientiam.

248 **Quero** an possit interesse † consistens in lucro licite pe ti ⁊ exigi. ⁊ in hoc liceret per. ll. antiquas ante. l. istam. de sen. que pro eo qó interest. de hoc tradunt gl. ⁊ doc. in. d. l. istam. ⁊ in l. j. §. fi. ff. de eo qó cer. lo. ⁊ Guil. de cugno. in. d. l. ij. §. fi. posuit quandā eius distinctionez quā refert Cy. ⁊ po suit eā in additio. suis in. d. l. istam. ⁊ Bar. etiam eā vt plurimū sequit. ⁊ Sali. pariter in. d. l. ita. in. xxij. oppo. ⁊ qz bona ⁊ opti
249 ma est, ideo illā sequendo dico qó lucruz † diuersis respectibus ꝙsiderari pōt. Nā aut loquimur in lucro qó ꝙsistit in partu ancil le, vel in fetu pecoris. ⁊ tale lucrū, tale interesse peti pōt, vt. l. si stipulatus. ⁊. l. videamus. ff. de vsuris. l. filius. §. j. ff. de verb. obli ga. aut loquimur de lucro qó consistit circa rē, puta circa aug menta, ⁊ estimationez pretij, qz res plurimū valuit a tpe moze, ⁊ pariter tale interesse tale lucrū peti pōt. l. vinum. ff. si cert. pet. l. in hac. ff. de tritico. l. ratio. §. si per venditorem. ff. de actio. empt. Aut loquimur de lucro qó est extra rē, ⁊ tunc aut queritur ó lu cro qó venit cū alterius iniuria quod est lucrum vsucapionis et talis lucri non bī ratio, neqz ꝙsideratio, neqz scóz leges ciuiles nouas. ergo multominus bī rō de iure canonico, vt in foro con scientie. ff. de furtis. l. si is cui. §. eius. ⁊. l. si quis vxori. §. penulti. Aut loquimur de lucro sine alterius iniuria faciendo, ⁊ tūc aut tale lucrum concomitatur rem quocunqz vadat, ⁊ talis lucri bī ratio secundū leges antiquas etiam scóm leges ciuiles nouas si ue sit iudicium bone fidei, siue stricti iuris, vt. ff. ad. l. aquiliā. l. in de ueratius. ⁊. l. si seruum. iuxta finem. ⁊. l. si quis vxori. §. penu. ff. de fur. aut tale lucrum ⁊ interesse non sequitur rem. vt. v. g. lucrum quod fit ex mercantia, ⁊ tunc si queritur an talis interes se rō habeatur isto casu plus dubitationis est. Sz dicunt Bar to. ⁊ Sali. ⁊ cōiter docto. considerandum foze quod quoddam
250 est lucrum † in quo plus operatur rei natura quam hominis in dustria, quoddam econtra est lucrum in quo plus operatur ho minis industria quā rei natura. Exemplū de primo datur in lu cro quod percipitur ex agro culto. Exemplum de secundo dat in lucro qó pcipitur ex mercātia, ex negotiatione. Ex industria dicunt Docto. predicti qó huius lucri ⁊ interesse ratio habetur ⁊ peti pōt ēt scóm leges veteres. l. si in. l. §. colonus. l. si fundus. ver. nam si colonus. ff. loca. Sco casu qñ loquimur in lucro in quo plus operatur hominis industria quā natura dicunt doc. predicti. Aut est persona que consuenit mercari, tunc illius lu cri ratio non bī. l. sterilis. §. cū per venditorē. ff. de actio empti. vnde si ego vel alius similis qui non ꝙsuenit mercari debeo ha bere certam ꝗtitatem pecunie, ⁊ debitor meus fuit in moza, nō propterea possum petere interesse ex eo qó misissem ad nundi nas, vel iuissem tm̄ lucraturus talis interesse cōsistens in lucro, rō nō bī in ꝑsona nō assueta mercari. d. §. per vēditorē. ⁊ si hoc sm̄ leges ciuiles veteres, multominus de iure cano. ⁊ in foro cō scientie pōt peti ⁊ bī rō talis. Si vero est persona nō solita mer cari ⁊ tunc talis lucri rō non bī. d. l. ij. §. fi. ff. de eo qó cer. loco ⁊ glo. ibi notabilis que dicit qó bī ratio lucri quod ipse fuisset ibi facturus non alius, ⁊ ita etiam dico de iure cano. ⁊ in foro ꝙscié tie talis lucri ⁊ interesse habendam rationem.

251 **Nunc** quero qualiter ꝑbetur interesse. † Adde Bar. in l. certi. §. qm̄. si cer. pe. Bal. in l. si in repeti. de lega. ij. de hoc bī per gl. ⁊ doc. in l. j. C. de sent. que pro eo quod interest. ⁊ in l. fi. C. de preto. stipul. ⁊. iij. q. iij. §. inducie. ⁊ dein qó probaī p testes ⁊ p instrumenta siue agaī ex ꝯctu siue ex licto, vt. ff. ad. l. aquil. l. puide. ⁊. l. si seruū. Fallit in casibus q bus probaī p solū iuramentū, vt in. c. fi. §. quod met. cau. in. l. si qñ. C. vñ vi. in. l. semper. §. hoc interdicto. ff. quod vi aut clā. Ites fallit in qbus iuratur in litē, vt in l. videamus. ff. de in litē iuran.
252 Et ex his bñr quatuor modi probādi interesse, † licet nō eidem speciei interesse ꝙueniat. addi pōt ⁊ ibi probatio. s. p ꝙfessionē partis. sed pro clariori doctrina in pñti arti. cū queritur qñ p betur interesse pōt dici, aut querī de interesse ꝙsento, aut de in
253 teresse cōi, aut de interesse singulari. C † Primo casu interesse ꝙsentū, ipsa cōuētio, ipsum pactū ꝑbari pōt, vel per testes, vel per instrumēta, vel per ꝙfessionem partis. ⁊ his modis qui bus cetera pacta, cetere ꝙuentiones probanī. Et ideo lex dat cō
254 silium vt interesse † cōuentione partis taxetur. prealle. l. fi. de pre to. stipu. illud tñ est repetendū ⁊ memorie tenēdū quod interes
255 se † accessoriū quātitatis precipue pecunie, ⁊ precipue in mutuo principio pacto ⁊ quentione taxari nō potest, vt. §. est dictum. ⁊ nota. Cy. in. l. si seruus. ea. l. ff. de ser. expor. ⁊ Bald. in. l. j. C. de sum. tri. ⁊ fi. ca. ⁊ ratio est qz non pōt sciri interesse qó nōdū est, ⁊ in debito quātitatis faciliter presumitur vsura, ⁊ faciliter pre
256 sumitur pactū † fieri ⁊ taxatio in fraudē vsurarū sicut ⁊ pena,

vt pot.

vt not. in. c. cum dilecti. ℣. de arbi. l. cũ allegas. C. ō vsu. sic ergo
concilio. l. fi. ff. de pretor. stipul. intelligo qñ taxatur interesse rei
principalis nō accessoriũ, maxime accessoriũ q̃titatis seu pecu.
257 vt. ℣. ¶ Secundo casu qñ loquitur de interesse † cōi. dic qō illō
per testes probaꝫ de cōi pretio deponentes. ff. ad. l. aquil. l. si ser
uus. ff. ad. l. fal. l. pretia rex. ꝛ trado in. l. ij. C. de rescin. vend. quã
doq̃ probatur ét per iuramentum in odiũ aduersarij delinquen
tis. preallega. c. super eo. qō met. cau. ꝛ. d. l. si quando. C. vnde
vi. ꝛ l. semper. §. hoc interdicto. ff. quod vi aut clam.

258 **Tertio** casu qñ loquimur de interesse † singulari. Aut
queritur de actionibus in quibus iuratur in litẽ
ꝛ sunt arbitrarie ꝛ bonefidei, qñ agitur ꝫ dolosum, ꝛ tunc proba
tur per iuramẽtũ. l. in actionibus. ff. de in litẽ iurand. nō si ꝫ cul
pabilem agatur nisi vt statiz in sequẽtibus dicã. Aut loquimur
in alijs actionibus que nō sunt bonefidei nec stricti iuris arbi
trarie. ꝛ tunc aut petitur interesse ob contemptã maiestatẽ pre
toris, ꝛ tunc põt probari per iuramentũ in litem, vt. ff. de rei ven
di. l. qui restituere. ꝛ. ff. ne qs eum qui in ius voca. est vi exi. l. pe.
aut ob aliam cãm petitur tale interesse singulare, ꝛ tunc ꝫ dolo
delinquentẽ adhuc probatur per iuramẽtũ. dictis. c. super eo. ꝛ
. l. si qñ. ꝛ. l. si semper. §. hoc interdicto ꝫ alium. aut non dolo de
linquẽtẽ probatur singulare inferri per testes. Et quid ꝛ quali
259 ter debeant deponere testes † tradit glo. notabilis in prealleg.
l. j. C. de senten. que pro eo qō interest. Adde Bar. in. l. j. vl
ti. col. C. de sent. que pro eo qō inter. profe. quod sine ratione te
stes non probant. Bal. in. d. l. j. vij. q. Alex. in. l. j. in fi. princ. ff.
de no. ope. nun. qō multum bene declarat Sali. ibi. in. xix. op
po. Sed vnum finaliter nō omitto circa probat. hmōi, qō cum
illa lex vnica dicat qꝫ iudex per suã subtilitatẽ interesse dicit in
colarũ. ibi. ꝛ sequitur tandẽ Cy. ꝛ ét Bar. ꝛ Sali. refert in fi.
260 predicte. xix. oppo. quod si interesse † directo ꝛ plene probari ñ
põt, quod iudex ex probabilibus coniecturis per suũ officiũ im
ploratum taxare, ꝛ in ꝙdemnationẽ deducere põt, ꝛ probaꝫ in.
d. l. vnica. ꝛ in. l. nō ignoret. C. de fructi. ꝛ lit. expẽ. ꝛ in. d. l. semp
261 . §. hoc interdicto. vbi. n. plene probationes † haberi nō pñt, ex
q̃cturis probatur. §. gallinarũ. insti. de re. dini. Nunc sciendũ
est dñi mei qō beatus Bern. in suo sermone. ccccij. qui incipit,
vij. c. nōnulla bona de interesse tradit concordantia ad ea que
supra dixi probari per. ll. ꝛ canones leges veteres ꝛ nouas.

Primo enim dicit quod in articulo. j. qō vltra sortẽ lz
accipere rõne damni emergẽtis, id est ratione
262 interesse. qm̃ interesse † est quedã emendatio dãni, ꝑm beatum
Tho. quẽ alleg. ij ij. q. lxxviij. articu. ij. allegat etiam Inn. quẽ
℣. allegani. in. c. sacro. dicẽtẽ qō interesse est estimatio damni.
263 Item subinngit. b. Bernar. qō interesse † occurrentis dãni põt
homo paciscí quod liceat aliquid vltra sortẽ accipere, ꝛ hoc q̃
dẽ pro dãno preterito ꝓ dãno de presenti, ꝛ tertio pro damno de
futuro. Et subsequenter dicit prefatus beatus Bernardin⁹ qō
264 circa interesse † de preterito sunt sex casus in quibus põt qs ac
cipere vltra sortẽ. Primus casus est ꝑm ipsum cũ fideiussor ob
defectũ debitoris compulsus fuit. forte qz iuranit soluere credi
tori vsurã ꝛ capitale. tunc eam a debitore repetet ꝛ omnia dam
na que ipsi fideiussori obuenerit occasione debiti, qz seruari de
bet indemnis. alleg. c. j. ꝛ. ij. ℣. de fideiuss. ꝛ. c. fi. de foro compe.
lib. vj. ꝛ iste casus clarus ꝛ a iure decisus. Secundus casus est
quãdo creditor mutuans seu numerans incurrit damnũ ex hoc
qñ. de fideiuss. Tertius casus est secundus aliquos, vt dicit bea
tus Bernardi. ꝛ si mihi debeas centum ad certum terminuz ꝛ
in termino soluer noluisti, ex quo oportuit me accipere pecuniã
sub vsuris, teneris mihi soluere vsuras illas, refert tñ ipse quos
dam dicere hoc esse verum si primo seruentur hec duo.

Primo quod dicere debeo si mihi meum non reddas,
oportet me recipere ad vsuram. Secundo qō
non possum aliter mutuũ recipere nisi ad vsuram, si vero nō sol
uis, teneris me liberare ab illa obligatione vsuraria, ꝛ hoc alle
gat sanctus Bernar. Inn. Host. ꝛ Ray. ꝛ prealle. c. peruenit.
de fideiuss. ꝛ. c. ꝙstitutis. eo. tit. Nec est hoc interesse cã lucri ca
ptandi, sed damni euitandi. ad idẽ allegat beatus Bernar. in.
l. vsuras. C. de vsu. dicentis. pone qō emi ab aliquo lapides seu
ligna pro domificando ꝛ similiter alias res ex quibus naturali
ter non percipitur aliquis fructus, ꝛ vt solueretur pretium acce
pi illud mutuo sub vsuris. Et venditori meo solui, sed ipse tamẽ
non tradidit mihi lapides seu ligna. sed fuit in mora solnẽdi, seu
tradendi, nunquid tenetur venditor ligno ꝫ ꝛ lapidũ soluere il
las vsuras, certe sic, sed tã ꝫ interesse. ét ad hoc allegaꝫ vt dicit
notabilis rex. in. l. lucius titius ꝑm vnã lecturã. ff. de actio. emp.

Quartus casus est ꝑm beatũ Bernard. cũ predium
tibi trado ꝛ vendo tibi illud ꝛ inde perci
pis fructus, ꝛ tñ ad terminũ pretium mihi nō solnis, hoc presup
posito termino potero repetere vsuram cuz fructus perceptos
rei vendite facias tuos ꝛ tñ nō solnisti mihi pretiũ. ad hunc ca
sum allegat gl. in. c. conquestus. in hoc tit. ꝛ ratio huius est, qa
hic nihil accipitur tanꝫ vsura, sed tanꝫ interesse. xiij. q. iij. c.
quoniã. l. curabit. C. de act. emp. Nec ob. cũ dr quicqd accedit
sorti, vsura est, qz illud intelligitur in mutuo, vel qñ in fraudẽ vsu
rarũ, vel qñ lucri causa ꝛ nō dãni euitandi vsura nō est vt. ℣. vn
de subijcit idẽ san. Bernar. qō si tu emptor dares mihi in pi
gnus ex quo nō solnisti mihi pretium rei mee vendite ꝛ tradite,
tibi possum inde fructus ex re pignorata percipere. Nam licet
res talis non possit a vẽditore peti, tñ fructus eius pcipere põt
postꝫ contra voluntatẽ suam res vendita detinetur. ad ꝟ nihil
allegat, sed illud dñi mei est clarum quod interesse licite peti po
265 test. Et ideo venditor † qui tradidit rem ꝛ per qñs caret pretio
ꝛ re ꝛ fructibus rei põt post lapsuz terminum soluendi pretij in
teresse petere quod taxabitur ad q̃titatem fructuum iuris me
rito. Sed non posset aliquid ex pacto percipere pro tempore
dati termini, quia hec vsura esset, vt in dote dixi contra intelle
ctum istius. c. saluberiter.

266 **Quintus** casus est secundũ beatũ Bern. qñ vẽdo † ti
bi prediũ cũ pacto redimendi. Mã interim
fructus percipis tu emptor ꝛ lucraris. alleg. l. ij. C. de pact. inter
emp. ꝛ ven. qō dicit esse vex si pretium sit iustuz vel non. latius
dicit in suo sermone. cccix. arti. j. c. j. ꝛ iste casus dñi mei ẽ indu
267 bitatus, qz ꝟa vẽditio † tollit vsurã. vt sepe allegato. c. illo vos.
ꝛ. c. ad nostram. vsura cõmittitur solũ in mutuo. mutuũ dantes
nihil inde sperantes ꝛc. Sextus casus ꝛ vltimus ꝑm ipsuz est in
ꝫctu locationis in quo licite percipitur vltra sortem. Adde
glo. in. l. sed ades. §. j. ff. loca. Iste casus dñi mei est indubitatus,
qz in ꝫctu locationis ꝛ venditionis nō cõmittitur vsura. Nunc
finaliter videndũ est de cambijs ꝛ retro cambijs ꝛ literis cãbio
268 rũ an in his cõmittatur vsura † vel aliud vitiũ. ad hoc tangit ali
quid Bal. in. c. j. de plus peti. ꝛ Sali. parum in anc. ad hec. C.
de vsu. ꝛ Joã. cal. in repe. c. nauiganti. j. eo. ꝛ sanctus Bernar.
in suo tract. de tractatibus ꝛ vsuris, in sermone. cccix. facto sup
illud Jo. xj. c. Jam fetet quatriduanus est ꝛc. arti. iij. c. j. ꝛ seq.
269 vbi ipse sanctus doctor tractat qũo sint inuẽta cãbia † artificia
lia. secũdo qũo sint necessaria. tertio quomodo sint licita.

Et circa primum dicit ipse sanctus doctor qō ars cam
psoria ꝑm Philosophum in. j. Politicoꝝ.
270 casu ꝛ fortuna primitus inuenta est ars † cãpsoria, sed demũ per
experientiã ꝛ artificiũ facta est artificialis, solet. n. nummisma
in regione propria plus valere quã alibi, accidit ergo forte ali
quos habere quedam nummismata que non multum appretian
tur in regione sua eo quod propria non essent nummismata sara
cenorum, illius ergo casu venientibus cuz eis ad alias regiones
in quibus propria erant accidit ars pro nũmismatibus illis pl⁹
accipere quaz valerent in regionibus suis. Et videtes inde hñe
commodũ arte campsoria vsi sunt, ꝛ tali modo hec ars originez
sumpsit. demũ cõsiderantes boies que nũmismata in aligbus
partibus plus valerent ꝛ melius expenderent ꝓp lucrũ inde in
uentũ mittebant vel portabant illa, ꝛ sic per ꝙsuetudinẽ portare
extra territorium vsi sunt. ꝛ ita dicit sanctus doct. de primo. Se
271 cundo dicit qꝫ ars † campsoria est necessaria ꝛ tz campsores † in
272 diuersis regionibus esse. Primo ꝓp nũmismatũ seu pecuniarũ
q̃titatem alias diuersitatẽ. Secundo ꝓp peregrinantes circun
uentos per orbem ꝛ ꝑ varias regiones. Tertio propter cõmu
tationẽ rerũ sine quibus non põt humana vita, hoc quidez fieri
nō potest cõmode per cõmutationẽ rerũ siue nammismatũ vtuz
domini mei hoc multum bene declarat Philosophus in. v. de
arbitr. Ethicoruz lib. vbi declarat qũo necesse fuit adinuenire
vsum pecunie. ꝛ habeꝫ in. l. j. ff. de ꝫben. empt. cum. n. in diuersa
273 loca remota res † ꝛ quandoq̃ pecunie ad permutationẽ facien
dam portari nō possunt sine periculo, cãpsor per cambiũ tali ne
cessitati prouidet ꝛ supplet. Ecce ergo qō ars campsoria neces
saria est. Alterius dicit sanctus Bernar. considerandum qũo
274 hec ars † licita esse possit. ꝛ dixit qō propter quatuor.

275 **Primo** quia non habet mutui rationẽ, † eo quod pro
pter dilationem temporis non speratur lucra
ri. Secũdo qō campsori specie vel numero nō redditur sors ea
dem, eo quod tribuit monetã vnius generis ꝛ recipit alterius.

verbi gratia, dat grossos ꝛ recipit florenos vel ducatos, ꝛ sic ō similibus. Tertio insuper ꝑm Archi. quem alleg. xiiij. q. iij. c. ij. super gl. nō pōt dici emptio vel vēditio proprie loquendo, qa
276 emptio † ꝛ venditio proprie consistit in appretiationibus rerum quarum pretia nummismate appretiantur ꝛ mensurantur. sed ℔
277 genus cambiorum † fit in sola permutatione nūmismatuꝫ diuersoꝝ generum, ergo non est emptio vel venditio, sed simplex permutatio dici pōt ꝛ licita, nisi cambientes de diuersis generibus nūmismatum cariſtiam inducere intendant. Adde qō cambium ꝛ permutatio differunt. Bal. ꝛ doc. in l. iij. C. de instī. Jaſo. vj. col. versi. ꝛ iuxta hic vltimū. ff. de rer. permu. Quarto insuper ꝛ nō indocte. putant quidā cābiū hoc licere pp interesse. vcz pp labores ꝛ expensas salariorum, pensionum ꝛ similium, q̄ campſor subit propter hāc artem. qua pp ea viuere pōt. ꝛ vt Apostolus dixit ad Cor. Nemo militat suis stipendijs vnq̄ꝫ. licita sunt ergo cambia ista dūmodo cū debito moderamine fiāt ꝛ discretum inde suscipiant lucrum. circa igitur hec cambia posuit sanc. Bernar. aliquos casus dubitabiles. ꝛ primus casus ē
278 de illo qui dat † marcham argenti pro alia marcha argenti certo termino ꝛ tempore soluenda ꝛ recipienda. dubitatur aūt nūc an sit vsura, ad hoc se remittēdo dicit prout distinxit ipse in suo sermone. cccx. arti. j. ꝛ c. iij. vbi ponitur, secunda quidez q̄ multos casus in conscientia decidit, ꝛ est sermo ille. cccx. factus sup illud Euangelij. abijt Jesus in montana. Joannis. vj. c. ꝛc.

Secundus casus dum est de eo qui bz pecuniā mutabilem quam timet tpe futuro minui iuxta principis seu reipublice ordinationē ꝛ sanctionem futurā. ꝓterea pp hoc non vult dare mutuo pecuniam suam nisi in equali pretio sibi restituatur in quo est cū ab eo mutuo datur. v. g. quidam bz argenteos grossos qui nunc valent quinq̄ solidos cū dimidio ꝛ timet qō futuro tēpore ex ordinatione principis seu reipublice reducantur ad quinq̄ solidos, quapropter facto mutuo ꝛ diminuto pretio tempore ꝛ termino consequenti non vult recipere tot grossos numero quot mutui tpe ipse dedit quibusdā videtur quod talis cōmittat vsurā, quibusdā eꝫ videt ꝛ verius indicio sancti Bernar. hunc casum licitū cē qō probat triplici rō
279 ne. Primo, qz aliud est in mutuo † sperare lucrum aliud est sūm vitare damnum. Primum quidem fieri non potest sine iniuria dei a quo tale lucrum prohibitum est. mutuum dantes, nihil inde sperantes Luce. vj. nec etiam pōt fieri sine iniuria proximi
280 cui debuit mutuum gratis dari. qui autem damnum † sum eligant, nec deo iniuriantur. cum hoc nulla lege sit prohibitum, nec etiam proximo iniuriam faciunt qz non ledit proximum qui suuꝫ euitat damnum. Scōa rō est qz debitor non minus recipit mutationis tpeq̄ꝫ reddere teneatur ergo non est vsura, nec erat verisimile grossos mutui tpe dati minus valituros q̄ꝫ valerent tpe mutui dati. ꝛ talis numeratio non accidit ex tpis dilatione, sed ex principio seu reipublice voluntate ꝛ decreto. Tertia rō est, qz debitor non accepit pecuniam vt seruaret eam vsq̄ꝫ ad tps, ꝫ vt ea vteretur, vel saltem vt ea vti posset tpe isto quo valorez habuit quinq̄ solidoruꝫ pro quolibet grosso. ꝛ hec dicit bea. Ber.
281 de cambijs artificialibus. sed sunt quedam alia cambia † realia, que realia dici possunt, quia vt plurimum realiter deducuntur, ad quorum intelligentiam dicit aduertenduꝫ quod sicut pꝫ per ea que ipse dicit in sermone suo tricesimo. vj. arti. ꝛ per totū. vbi nulla intervenit rō mutui, ibi nulla pōt esse vsura. ꝛ propterea si est ibi aliquod vitium, aliud vitiuꝫ est quā vsura. vnde pro generali regula tenendum est qō quicunq̄ aliquid ab altero recipit nihil illi dando nisi tempore solutionis vel redditionis accepti, non committit vsuram aliud lucrando ratione talis accepti. pro hac regula declaranda notan. ꝑm ipsum sanctū Bernar. quod in bis casibus tripliciter potest intervenire lucrum.

282 **Primo** ratione custodie seu depositi. † Secundo ratione patrie. Tertio ratione monete. Primo ratione custodie seu depositi, vt puta si absq̄ꝫ periculo ꝛ labore deportationis de vna terra in aliam reddit mercator cū ꝓprio lucro depositum vel eius equipalens, vt cum eps vadit Romam deponit in Auenione mille ducatos alicui mercatori habenti tabulaꝫ pecunie Rome ꝛ ille mercator accipit ab epo. x. vt dictos mille ducatos reddat Rome sibi indemnes, in tali casu licet nō sit vsura, tñ secundum quosdam est turpe lucrum seu indecens. ꝛ maxime propter duo monebantur isti. Prio, qz mercator iste sine periculo ꝛ absq̄ꝫ expen. ꝛ etiaꝫ sine deportationis labore facit epo eos in Roma dari. Secūda ratio qua mouebatur erat ista, qz anteq̄ꝫ reddat eos pōt mercator ex traditis sibi ducatis in Auenione mercari ꝛ lucrari. ꝛ ideo dicebant isti hoc lucruꝫ. x. ducatorum esse indecens. non tñ esse vsura, cuꝫ ipse mercator nihil mutuauit epo, sed ꝑm quosdam alios non est istud indecēs lucrū nec tenetur mercator ad restitutionē illorum. x. ducatorū, qz vere seruiuit mercator epo in aliquo equipalenti, q̄ꝫ hoc fecerit sine suo periculo ꝛ sine suo labore. ꝛ ideo non est ibi aliqua indecens iniustitia, imo potius quedā equitas. sic in hoc finitur opi. predictus sanctus Bernar. dicit. ego aūt credo saluo iudicio meliori qñ tali cambienti qui de hoc facit artē ꝛ vineret circa hanc artem expeñ. pensionum operarū salarioꝝ factoꝝ ꝛ discipulorum insuper pericula ꝛ labores sicut plerūq̄ꝫ talibus contingere solet qō ex bis casibus pōt mercator ꝛ cāpſor sumere moderatum lucrū ꝛ maxime rōne interesse sicut ō casibus precedētibus artificialibus dictū est, secus aūt dicit prefatus. s. Bern. de eo qui hanc artem non exercet, nec per hoc opus imminerēt sibi pericula, nec hñt inde labores nec expensas ex qua rōne interesse possint inde habere lucrum. ꝛ ꝑm hanc distinctionem cō cordant opiniones predictas ꝑm eniz Bal. in. d. c. j. de plus petitio. pone casum qō numero cāpſori Perusij centū pro nonaginta que inde Parisius dari facit, talis quidā ꝯctus licitus é iuregentium ꝛ mercarius ꝛ munitus ꝛ roboratus naturali rōne eo qō campſor sumpsit pericula viarū ꝛ dāna nuntioꝝ. vt not. ff. de nautico fenore. l. periculi. ff. de actio. ꝛ obli. l. traiectitie. §. de illo. ff. de verb. obli. l. que rome. §. calimachus. ꝛ si aliquid plus lucrat ipse cāpſor ex iustitia ꝛ lucrū licite sumit, qz industria accedit rei licite, vt no. ff. ad. l. fal. l. si beres. preterea licitū est mu-
283 merantī † .x. paciſci qō ei reddātur .ix. tm̄ qō numeret sortē nō est peccatū ꝑm Ange. sic vt est tex. notabilis in. l. rogasti. §. si tibi. ff. si cer. pet. ita corroborat dicta sua. s. Bern. in talibus casibus pōt intervenire lucrū ex pte dātis. Scōo ex pte recipientis.

Primo ex parte dantis. v. g. ducatus florentinus plus valet florētie q̄ꝫ alibi. ducatus Senensis plus valet Senis q̄ꝫ alibi. ꝛ sic ducatus Venetus q̄ꝫ alibi. scuta regia plus valent in regno q̄ꝫ alibi. ꝛ sic de singulis. ꝓpterea si pura ꝛ sola ratione cambij pp monetam plus valētē in propria patria q̄ꝫ alibi intervenial lucrum. v. g. si quis vltramontanus mille ducatos Venetos Venetias intendebat portare iturus in Jerusalez, ꝛ ibi Venetijs cambire, vel expēdere eos volebat, inueniens campſorem in patria sua habentē tabulā cambij in ciuitate Venetiaꝫ sibi tradidit eos tanq̄ꝫ cambiens eos Venetijs ac per consequens ad cābij forum Venetiaꝫ, tūc si nihil aliō hic intendit non est ibi vsura. licet plus predicti ducati valeant Venetijs q̄ꝫ alibi vbi tradit eos, verūtñ si ex hoc qō ducatos pdictos prius tradit vltra montes q̄ꝫ recipiat in Venetijs intendat aliquod lucrū acquirere ex hoc, hec prior traditio bz mutui
284 rationē ꝛ ideo vsura est. Scōo pōt lucrū † intervenire ex parte recipientis, ꝛ tunc fieri solet tale cambium per literas. Adde qō si cambij litere perdantur dz restitui depositum pecunie. Bal. in. l. instrumenta in fi. C. de fideicom. v. g. in Florētia existens indigeo pecunia in Venetia do tibi in Florentia cētū sex, vel centū septē florenos, ꝛ tu Venetijs ꝑ literas tuas facis mihi consignari centū ducatos Venetos, lz. n. inde lucreris, tñ talis ꝯctus licitus est, ꝑm sanctū Bernar. tū qz est quedā permutatio nūmismatis ad nūmisma, nec rōne patrie supervenit lucrū tū qz est de vtilitate vtriusq̄ꝫ partis. neq̄ꝫ sine tali cābio exercere possent mercantie, tñ ratione interesse. vt. s. dixi de expensis.

285 **Sed** aduertendū scōm ipsum scīm Ber. quare pōt in predictis casibus lucrū † intervenire ratione monete. v. g. scuta antiqua regis, sicut pꝫ de ducatis Venetiarū insup eadem nūmismata que in tali maiori pretio sicut ad hec magis in vna patria q̄ꝫ in alia currunt ꝛ carius estimantur. Si quis ergo tradat mille ducatos Florentinos alicubi vltra montes vt reddatur pecunia prevalentior vsuram committit. Sed pone quod
286 aliquis pecuniā mutuet † ad certum terminum recepturus alterius generis monetam, aut aurum, aut argentum, vel aliam speciem, nunquid cōmittit vsuram. dicit. s. Bernar. ꝑm Hosti. quod si hoc faciat vt in estimatis lucretur vsurarius est indubitatus, sicut illi qui de nundinis in nundinas mutuare solent. Et banc vsuram iudicat peiorem Hosti. vt refert. s. Ber. quia quandoq̄ꝫ sub specie venditionis, permutationis vel alterius liciti ꝯctus velatur vsura, tanto peior est. ꝛ quodcūq̄ nomē imponatur ex quo fraudulenter ꝛ mala intentione fit. ꝛ quicqd sorti accidit vsura est. s. eo. c. consuluit. in. q. iij. c. plerīq̄. dicit etiā ipse. s. Bern. ꝑm Alexan. Lombardū qō ille qui mutuat
287 † pecuniam recepturus pecuniam alterius generis ad certum terminum peccat, si ratione termini vel mutui dari dat pecuniā quam probabiliter credit plus valituram in termino dato, quas

sit pecunia

sit pecunia quam ipse dedit. Sperat enim superexcrescentiaz p̄pter dilationem temporis, ergo vsura est. c. in ciuitate. in hoc tit. plus dicit q̄ si Petrus existens Janue emit a Martino turonenses recipiendos in Francia in talibus nundinis, dicit quod si emens plus vel minus dimittit pecuniam suā, vel promittenti dare turonenses in Francia, quod talis ꝯctus licitus nō est, maxime si pecuniam in termino recipiendā plus valituram probabiliter creditur. ⁊ hoc dictum dicit secundum predictum Alexandrum Lombardum.

288 Tertia species cābioꝝ est de cābijs ⁊ casualibus, sic a quibusdā casualia appellantur ⁊ celebrātur, ⁊ fiūt tali modo. Nam cum indigeam in Florentia decem libris grossorum, ibi recipio pro illis a campsore centum sex florenos. v. g. aut plus vel minus secundū q̄d tunc Florentie talia cambia currunt, id est sc̄m q̄d valent decem grossorum libre, demū inde ad vnum mensem teneor sibi restituere tm̄ q̄ntum. J. decem dies computandos a die celebrati contractus valebunt decem libre grossorum in ciuitate Venetiarum. que quidem aliquando inde lucratur, licet vt cōmuniter inde suscipiat lucrum nummi. Tertio quia est cum damno proximi. Primo quia est contractus mutui cum intentione recipiendi vltra sortem hinc ad mensem, q̄d est prohibitum, vt. ꝛ. dictum est. Nec ob. q̄d predicte libre grossorū quinq̄ valeant minus, q⁊ intentio mutuantis est ex tali mutuo habere lucrū. propterea dubia ⁊ pericula in vsura non excusant. c. nauiganti. in hoc tit. Secundo est contractus illicitus ⁊ speratur lucrum nūmi ꝺ quo nullum lucrū pōt egredi. lxxxvij. dist. c. ejiciens. Tertio est illicitus, q⁊ cum damno proximi. s. re-
289 cipientis pecuniam ad cambium cum experientia † teste que est omnium magistra. de elec. c. campsit. lib. vj. talia cābia sint hodiernis temporibus submersio ⁊ destructio hominum, ⁊ omniū ciuitatum. ex predictis satis patere potest ꝑ sanctū Bernar. q̄n in contractu excusat dubium vel periculum, ⁊ quando cābiū sit licitum vel non, ⁊ q̄n fetet cum Lazaro, vel non. Et sic explicit Tractatus de Usuris ad honorem sancte charitatis inuante domino nostro Jesu Christo, qui mortuis dat vitā, impijs dat gratiā, ⁊ iustis dat gloriam sempiternā, quā nobis ipse cōcedat, qui cum patre ⁊ spiritu sancto gloriosus regnat in secula seculorū Amen. Ambrosius de vignate Utriusq̄ Juris Doctor.

FINIS.

Tractatus de vsuris domini Antonij de Rosellis.

SVMMARIVM

1 Usura quid sit.
2 Usure in contractibus stricti iuris pacto deberi non possunt.
3 Exigere est ab inuito extorquere.
Usura est si mutuans sperat aliquid a debitore recipere, ⁊ nn. seqnen.
4 Usurarius mentalis ⁊ simoniacus in quo differant.
5 Usura mentalis non est proprie vsura sed quasi.
6 Usura est quicquid accedit sorti.
7 Usura nō est id quod ab herede exigitur, si est in mora solnēdi.
Usura non est, si pecunia in specie deposita sit ⁊ recipiens esset in mora restituendi, ⁊ ob id ad interesse ageretur.
Usura non est si quid aliquando ⁊ sorti accedit.
Usura proprie non committitur nisi in mutuo, ⁊ J. nn. 32.
10 Usura non est, si mutuo ꝛ. rustico, vt fundum tollat, si de laboribus satisfacio.
11 Usura non est, si conduco colonnum pro certo pretio quod dedi oni postea non vult colere si non mutuo ei, si ei mutuum.
12 Solutio rei mutuate est mutui liberatio.
13 Usure q̄nq̄ prestantur, vt differatur solutio debiti principalis.
14 Usura non est si apponeretur in contractu pena que solutioni mutuate pecunie sine fraude accederet.
15 Usure ⁊ pena in quo inter se differant.
16 Usura nō ē, si mutuo fcō stipulatus suz, q̄ vadat ꝑ me Romā.
17 Usura stricte sumpta ⁊ fenus stricte sumptum, quomodo inter se differant.
18 Usure diffinitio per Azo. data an vera sit.
Usura quid sit secundum Greg. de arimi.
20 Usura nō est si mutuo sine spe lucri ⁊ recipiens aliqd mihi det.
21 Usura vt sit ex lucro mutui requiritur q̄ mutuans intēdat illō lucrum ex mutuo recipere.
Usura non est ex spe secundario non principaliter intentu aliquid recipere.
22 Mutuum recipiens non antidota danti obligatur.
23 Mutuum dans spe recipiendi aliquid in penam deducere non potest.
24 Usura est si quis vendit rem plus ob temporis dilationem quā facit, vel si emit viliori pretio ex eo q̄ pretium de pūti soluit.
25 Diffinitio substantialia rei diffinite comprehendere debet.
26 Usura quid sit secundum Rosel.
Usura est si mutuans pecuniam vel triticū vel aliā rē recipiat.
27 Usuram committunt miseri Doctores qui scolaribus pecuniā mutuant, vt secum intrent.
28 Lucrum quod dicatur.
29 Usura non est, si quis rem meam retineat quam nollit restituere nisi centum mutuem, licet rem meam tradat.
30 Usura non est, q̄n lucrum non quero sed potius damnū euito.
31 Usura non est, si mutuo. l. rustico vt colat possessionem quam colere promiserat pro certo pretio ⁊ eo recepto non vult colere, nisi ei. l. mutuem.
33 Usura non est, si locani tibi pecuniam vt retineres ad pompam ⁊ ex hoc aliquid recepi.
Compensatio aliqua recipi potest de pecunia dominio nō trāslato concessa.
34 Usura est, si dico volo q̄ vendas mihi rem tuam, ⁊ ego tibi faciam pactum de retro vendendo, vt interim fructus lucrer.
35 Fraus quomodo de contractu ad contractum fiat.
36 Fraus qnomodo fiat de persona ad personam.
37 Et quomodo fiat de re ad rem.
38 Usura non est, nō vsus rei gratia sed loco pene licite apposite.
39 Usura vt committatur, necesse est vt creditor lucrum speret, vel expectet.
40 Usura est si heres creditoris intentionez vltra mutata recipiēdi haberet.
41 Usura non est si quis mutuet vt consequatur legatum factū sub conditione si mutuaret.
42 Campsoria an licita sit, ⁊ J. nn. 47. ⁊ nn. 68.
43 Campsoria ars preter naturam videtur.
44 Campsorie vsus contra iustitiam esse videtur.
45 Voluntas ⁊ propositum maleficia distinguunt.
46 Negotiari propter subuenire sibi ⁊ sue familie licitum est.
48 Negotiationes ⁊ mercature vix licite fieri possunt.
Mercator nunquam deo placere potest.
49 Contrahentes quomodo ad inuicem se decipere possint.
50 Circumuentio non est ex eo q̄ res plus vel minus emitur.
51 Pecunia certa quando datur pro certa an sit venditio vel permutatio, ⁊ J. nn. 53.
52 Contractus innominati quomodo a permutatis discernuntur.
54 Res illa dicitur extimare aliam, que est conuertibilis in aliam maiorem.
55 Contractus an sit licitus si campsor numerat pecuniam minutā pro floreno ⁊ dat vnum solidum minus eius quod ducatus cōmuniter extimatur, vel ipse dat ducatum pro moneta ⁊ recipit vnum solidum plusq̄ illud quod ipse cambiret, ⁊ num. seq. ⁊ nn. 59.
Pecunia fructum non parit.
56 Pecunia non est venalis, nec vendibilis.
58 Pecunia minuta grossam extimat.
59 Contractus ex conuentione legem accipiunt.
60 Usura an sit, si campsor Venetijs recipiat duc. centum, vt faciat in Flandria respondere. 50.
61 Usurarius an sit, qui mutuat pecuniam eneam ⁊ inde ad certū tempus vult aureaz, vel econtra dat argentum vt quatrinos recipiat si hoc facit vt in extimatione lucretur.
62 Contractus an sit licitus si venduntur vel emūtur pecunie grosse pro minutis, vel quando permutantur pecunie ad inuicem vel quando prestantur ex contractu innominato.
Usura formalis non committitur nisi in mutuo.
63 Peccatum an sit si vendo rem plus vel minus q̄ꝫ communi extimatione valent.
64 Venditor si inducit emptorem ad emendum rem plus dolo q̄ꝫ vendi debuisset vel econuerso an sit peccatum.
65 Contrabentes sine dolo vel fraude si alium circumueniunt plus emendo vel vendendo licet contractus teneat, tamen decipiens peccat.

66 Deceptio quando non eſt ex parte contrahentium ſed eſt deceptio re ipſa an in hoc contractu ſit peccatum.
67 Dolus ex ſola pretij modicitate non preſumitur.
69 Cambia ſiccha que varijs modis fiunt an licita ſint.
70 Datuans vinum vel oleum,quod modo valet vnum florenum la menſura, ⁊ tunc quando reſtituitur valet plus vel minus an peccat.
Eſtimatio augmenti vel diminutionis an ⁊ quando ꝙſideretur.
71 Datuum ex mera charitate procedere debet.
72 Contractus an valeat,ſi do.x.lib.groſſorum vt des mihi Venetijs eaſdem vel alias hinc ad menſem ad valorem cambij flandrenſis.
73 Contractus an ſit licitus,ſi ego indigens pecunia vado ad campſorem ⁊ peto pecuniam,qui dicit ego tibi concedo vt reſtituas meis ſocijs in flandria ad valorem cambiorum ibi currentium,⁊ ſcribit ſocijs vt recipiant a me.x.lib.quas hic ad mutuum conceſſit, demum ab eis literas accepit ꝙ per me non ſunt ſolute pecunie,campſor convenit me Venetijs ad dictas.x.lib. ad cambia flandrenſia.
74 Contractus an ſit licitus ſi mutuo accipio ab aliquo cui tu ꝓmittis per me, ſed tu vis duo pro centenario.
75 Uſura quare prohibita ſit.
76 Uſuram recipiens quodammodo ad idolatriam ducitur.
77 Proximo quis ex charitate ſubuenire tenetur.
Natura inter homines cognationem quādam conſtituit.
78 Rei mutuate periculum ad debitorem ſpectat.
79 Creditor licet in ſe periculum ſuſcipiat tamen ob hoc plus ſuſcipere non poteſt.
Conductor licet rei locate periculum in ſe ſuſcipiat, locans tamen ab eo penſionem exigere poteſt.
80 Peccatum omne mortale contra naturam eſt.
Creditor rei credite dominus eſſe deſinit.
81 Uſura quomodo contra naturam ſit.
82 Uſura eſt figura ſine ſubſtantia.
83 Tempus non eſt modus obligationis inducende.

Summi Dei ſuffragio poſtulato. Clariſſimi magiſtratꝰ domine mei honorādi, interrogauit veſtri ex pte ſtrenuus ⁊ generoſus miles dominus Checus ð leone,an negotiatores iuxta vulgare ad cambia pecuniā dātes ⁊ recipientes,ſi aliqua exinde emolumēta ſuſcipiant,legitime ꝟbant.⁊ qdē ꝟctus quos noſtri tpis argentarij, ſeu nūmularij ſiuunt poſt euangelicā legē, ſunt magis dubij an iure ſubſiſtant,ꝙꝫ priſtinis tpibus ante aduētū Chriſti fuerunt, nā humane leges terrena potius ꝙꝫ celeſtia meditātes iuxta regionū mores iudicis arbitrio vſuras ꝓmittebant. ⁊ ꝙꝫ apud eorum philoſophos tanꝙꝫ contra naturaꝫ exiſtentes fuiſſent improbate qꝫ moderne ꝟbentium conuentione ſcōm ffor. iura legitime cenſebantur,quando vſurarum legitimum modū nō excedebant.ſed quum hodie lege diuina,que potius eterna ꝙꝫ temporalia perſpicit,uſure ſunt prorſus exploſe, pōt merito dubitari,an contractus quos campſores quotidie iniunt, ſunt legitimi arbitrandi,cū ipſi, quos vulgo campſores appellamus non niſi pecunias exponant,recipiendo vel dando,in quibus fructus alicuis natura conſtitui non poteſt, ideo ſi plus aliqd ꝙꝫ dederunt expectēt vſuras cōmittere videantur,cū ex vſu pecunie,que natura vſum non habet fructum excipiant,⁊ ſic ab vſu eris crediti vſurarij nuncupentur.quas ob res pleriꝙꝫ forte ipſorum, diuine refugientes legis precepta,quotidie varios contractus adinueniunt,quibus,euangelice doctrine verbis ſolūmodo obſeruatis,ipſi ſatiſfeciſſe arbitrantur. Sed an illius mentem offendāt, animaduertere negligunt,ſiue non curant,qui adeo cauilloſe, ⁊ ſubtiliter ſunt adinuenti,vt etiaꝫ apud doctiſſimos theologos, ⁊ iuris canonici Doctores peritiſſimos,plerunqꝫ dubitari contingat,an tales contractus preſertim quos moderni cambia nominant,liciti,an feneratitij ſint cenſendi.⁊ quū varijs modis cōcipiantur,de plurimis preſentibus ſcriptis ſtatui recenſere, vt ſciant negotiatores quos libere recipere poſſint, ⁊ a quibus ſe debeant abſtinere. Sed quum ſcire querimus,an aliqui ſint feneratitij indicandi,id demum intelligemus, ſi ſciuerimus qd ſit
1 vſura,⁊ quare eſt iure diuino prohibita.† Placet igitur primū inquirere quid ſit vſura,cum habita cognitione vnius ⁊trarioꝝ,alterius notitia firmiter habeatur.⁊ profecto tam de nonnullis theologis modernis,ꝙꝫ de doctoribus canoniſtis, valde miror,qui vſuram meo iudicio diffinire neſciunt.dicit enim primo Inno.in rub.de vſur.quem ſequitur Joan.and.intra peccatū.de ieiun.in.vj.ꝙ vſura eſt lucrum ex mutuo pacto debitum, vel exactum. ſed iſta diffinitio nullo modo eſt ſuſtentabilis.naꝫ quum dicit ex mutuo debitum,earum preſupponit obligationē
2 etiaꝫ que foret exceptione elidibilis,† ſed vſure in contractibus ſtricti iuris pacto deberi non poſſunt,immo nulla eſt de iure ciuili obligatio ipſo iure.l.quamuis. la.j.C.de vſur.no.in.l.rogaſti.ff.ſi tibi.ff.ſi cer.peta. Item dum dicit pacto debitum.vel exactum,nō bene congruit,quia exigere eſt ab inuito extorquere. l.fideicom.ff.ſi rem.de leg.iij.ſed.ſi mutuans ſolum ſpē tulit ꝙ recipiens etiam ſponte aliquid ſibi daret, illa eſt vſura, poſtꝙꝫ mutuans ſub tali ſpe credidit.xiiij.q.iij.c.j.ideo male dicit diffinitio debitum,qꝫ etiam ſi ſine aliqua obligatione dimiſiſſet in diſcretione debitoris,illa eſſet vſura,quam ſperant ex diſcretione ſuſcipere,etiā nulla obligatione ſubſiſtente.iſtud probat verbum euangelicum luce.vj.c.ibi,mutuum dantes, inde nihil ſpe-
3 rantes.non dicit exigentes. † Idem ter. Auguſtini in.xxxvi-pſal.habetur.xiiij.q.iij.c.j.dicens,ſi non pecuniam ſolam quā dediſti,ſed aliquid aliud pluſꝙꝫ dediſti expectes, feneratores. Ideo cōiter docto.volunt,ꝙ ex ſola mente creditor obligeē ad reſtitutionem eius quod ſperauit plus mutuato recipere, etiam
4 ſi nihil receperit.† ⁊ hec eſt differentia inter vſurarium mentalem,⁊ ſimoniacum,vt not.Inn.in.c.fin.de ſimo.qꝫ ſimoniacus mentalis non tenetur ad reſtitutionem eius qð non recepit, qð ſecus eſt in vſurario,in.c.ꝙſuluit.de vſur.non eſt ergo vera iſta prima diffinitio Inno.⁊ Joan.and.quā moderni quidā nituntſaluare,dicentes ꝙ in diffinitione,Inn.habuit intentionem ad
5 vſuram verā ⁊ propriā.nō ad mentalē,† que proprie non eſt vſura,ſed quaſi vſura,vt.d.c.conſuluit.de vſur.⁊ qꝫ quū dicit exactū,intelligitur facto vel corde.ſed per iſta non reſpondetur qð in diffinitione dicunt quidā,ꝙ eſt lucrum debitū,qð preſuppo-
6 nit obligationē,vt ſi forte ſtipulatione vel iuramēto ſunt ꝓmiſſe ēt ꝙꝫ exceptione elidibili,qꝫ etiā vt dixi ſi in diſcretione debitoris eēt poſita preſtatio vſurarū pacto nudo,qð nō parit obligationē,preſertiz in ⁊tractibus ſtricti iuris, vel ſi ipſas vſuras ante omnia recepiſſet a ſponte dante ſine vlla obligatione precedente,vſura foret ſimiliter† Secunda diffinitio nō eſt vera,ꝙ
7 quidquid accedit ſorti eſt vſura,de quo videē text.in.c.plericꝙꝫ xiiij.q.iij.qꝫ pōt cōmitti vſura ſi quid habendi in mēte geritur, ēt ſi nihil ſorti accedit, vt dixi.† Preterea ſi legatur pecunia,⁊ heres eſt in mora ſoluendi,id quod exigitur propter moram nō eſt vſura,vt not.in toto tit.de vſur.⁊ fruct.rei lega. Item ſi vendo rem pro centū,quā trado,⁊ emptor ipſius rei fructus percipit non ſoluto pretio,ſed eſt in mora,vendens agit ad intereſſe. l.ij.ð.C.vſur.⁊ tñ iſtud quod accedit ſorti non eſt proprie vſura,
8 que in nullo caſu eſt permiſſa,in.c.ſup eo.de vſur. preſertim quia non datur propter ſortē,vel mutuū,ſed propter moram.† Similiter ſi eſſet datum depoſitum,vel pecunia foret in ſpecie depoſita,ſi recipiens eſſet in mora reſtituendi,ageretur ad intereſſe,⁊ id qð accederet ſorti non eſſet vſura. Idem in omnibus caſibus qui notantur in.c.conqueſtus. de vſur. in quibus aliquid accedit ſorti,⁊ tamen nō eſt vſura.⁊ idem ſi aliquid accederet ſorti propter pecuniā cōmiſſam legitime pp conuentionem nō ſeruatam,de qua in.c.dilecti. de arbitr.⁊ beatus Ambroſ. cuius fuerunt verba hec in.d.cap. pleriꝙꝫ,non diffiniuit vſuram, ſed dixit,ꝙ qdqd accedit ſorti ſubaudi mutuate,⁊ a creditore ſperatur,vſura eſt,ſine illud qð accedit, ſit pecunia,ſiue qdqd aliud. vnde potius voluit declarare quomodo intelligatur illð qdqd accedit ſorti,vt ſiue illud ſit pecunia, ſiue qdqd aliud,vſura ſit, quare iſta ſecunda diffinitio non eſt bona, ēt ſi ipſi adderentur verba Gof.dicētis intentione precedente vel pacto p predicta,
9 preſertim† qꝫ vſura proprie nō cōmittit niſi in mutuo,⁊ ipſa diffinitio nō dicit ſorti mutuate. vlterius ſi mutuo alicui pactione interpoſita vt reſtituat mihi mutuuꝫ,⁊ rē ſuā mihi debitam iſta
10 accedit mutuo huic,⁊ tamen non eſt vſura,in.c.j. de vſur. † vel ſi mutuo Ruſtico.x.vt colat fundum meum,⁊ nihilominus ſatiſfacio de laboribus ſuis,iſtud mutuum non habet in ſe vſurā, ⁊ tamen iſtud colere fundum accedit ſorti. Preterea ſi donat, ſpote ab illo qui recepit mutuum, ⁊ mutuans non geſſit hoc in
11 animo,iſta non eſt vſura,licet ſorti accedat.† vel pone ꝙ cōduxi colonum pro certo pretio quod dedi, ipſe tñ poſtea non vult colere ſi non mutuo ei,ſi ego mutuem,⁊ colonus quotidie colat

non

